2151 I d 169, nr. 1 Hlivnae 2. XII. 1449. Stephanus Thomae, Rasciae, Bosnae et Maritimae rex, Franciscum Fuscari, ducem Venetiarum, rogat, ut Jacobum Testa a se missum, ut 550 florenos sibi furto ablatos investiget, iuvet. Regestum.

2152 I d 32, elen. f. 236. [Zagrabiae] 1449. Capitulum Zagrabiense litteras Belae regis a Stephano rege a. 1270. confirmatas de donatione terrae Dulyscha pro Joanne, filio Gregorii de Gypevo, transumit. Regestum.

2153 I d 32, elen. f. 833. 1449. Banus quandam causam inter Jacobum Vasda et Ladislaum, filium Stephani Bochka, prorogat. Regestum.

2154 D-XI-61 [Chasmae] 16. I. 1450. Georgius, filius Nicolai Prawdich de Drenowa, curiam cum septem sessionibus iobagionalibus in possessione Omamno Georgio, filio Francisci de Novoloco 90 flor. auri coram capitulo Chasmensi pignori obligat. Cop. saec. XVII.

2155 D-XI-62 In Polyana 15. II. 1450. Symon et Jacobus, filii qd. Benedicti Kyzlak de Nowacowcz, vineam et terram Blasio de Semowcz quatuor florenis auri coram Johanne Kernak de Polyana et testibus vendunt. Or. P.

2156 DV-I-59 Cathari 28. II. 1450. Presbyter Marinus Natalini de Drago, canonicus Catharensis, vineam et terram de Mercepo post mortem Jaxae Clisani ad capitulum s. Triphonis devolutas publico incantu iperperis 12 grossorum emit. Or. P.

2157 D-XI-63 Zagrabiae 16. III. 1450. Mon. Tur. I 298, nr. 268.

2158 D-XI-84 Kapronchae III. 1450. Mon. Zg. II, 206 nr. 148.

2159 D-XI-64 Zagrabiae 22. VI. 1450. Mon. Tur. I 299, nr. 269.

2160 D-XI-65 Ante civitatem Zakolcza 9. VII. 1450. Mon. Zg. II 207, nr. 149.

2161 D-XI-66 Zagrabiae 18. VIII. 1450. Mon. Zg. II 208, nr. 150.

2162 D-XI-67 Budae 23. VIII. 1450. Johannes de Hwnyad gubernator capitulo Zagrabiensi mandat, ut inquirat, num Gaspar Chwpor de Monozla quercus tecto-

rias ab iobagionibus Thomae de Gewrgh, prioris Auranae, vi abstulerit, atque una cum Kastellan de Zenthlelek duos Thomae praediales occiderit et alios iobagiones graviter vulneraverit. Or.

2163 D-XI-85 Ciliae 21. IX. 1450. Tr. X. 1450. Mon. Zg. II 209, nr. 151.

2164 D-XI-68 [Chasmae] 28. IX. 1450. Paulus Mikchecz de Cirkuena coram capitulo Chasmensi queritur suas curias in Cirkuena, Orehoucz-Zenth Petri, Bothwsouwcz-Zenth Gerg a Jano Bythouecz de Greben manu armata invasas et devastatas et, postquam litteras de iis possessionibus ibi repertas abstulerit, combustas esse. Or.

2165 D-I-36 10. X. 1450. Ulricus banus libertates hospitum de Zamobor a Bela rege a. 1242. partim confirmatas partim tunc concessas denuo confirmat. 2 cop. vid. saec. XVIII. = Tr. 22. III. 1634. et 9. VIII. 1675.

2166 D-XI-69 Crisii 20. X. 1450. Causa Blasii, filii Dominici de Konzka, contra Iohannem et Vitum litteratum, filios Iohannis de Iwnossowcz, prorogatur. Or. mancum.

2167 D-XI-70 Crisii 21. X. 1450. Ulricus banus in causa Johannis, filii Gregorii de Gepew, contra Elisabeth, filiam Stephani de Gepew, de 17 sessionibus iobagionum vi ablatis capitulo Zagrabiensi praecipit, ut eam, quae in iudicium non venit, denuo in sedem Crisiensem evocet. E nota a tergo adscripta evocationem 23. XII. 1450. in Prizeka factum esse cognoscimus. Or.

2168 D-XI-78 Zagrabiae 24. X. 1450. Tr. 29. XI. 1450. Mon. Zg. II 210, nr. 153.

2199 D-XI-71 Zagrabiae 26. X. 1450. Mon. Zg. II 211, nr. 154.

2170 D-XI-72 73, 74 Zagrabiae 26. X. 1450. Mon. Zg. II 211, nr. 154.

2171 D-XI-75a In Ermen 28. X. 1450. Fragmentum litterarum Georgii Frankapan, in quibus de donatione villae Doberchewich iam a Catherina, vidua Johannis Frankapan, Nicolao, filio Gaspari de Sibenico, facta et a Georgio confirmata agitur. A tergo nota litteris Glagoliticis adscripta est. Or. P.

2172 D-XI-75b In Ermen 28. X. 1450. Georgius Frankapan, villam Podstranitza, quam mater eius Catherina, vidua Johannis Frankapan, Nicolao, filio Gaspari de Sibenico, 120 ducatis pignori dedit, huic pro magnis in se meritis donat. Tr. 13. VI. 1453.

2173 D-XI-76 In Iwanich 29. X. 1450. Benedictus, episcopus Zagrabiensis, Paulo Mikchech de Cyrkwena de se bene merito mardurinam seu sessionem mardurinalem Ztromecz in comitatu Dombrensi sitam adhuc a Mathia Zekira iniuste alienatam pro curia praediali confert. Or. P.

2174 D-XI-85 Crisii X. 1450. Iudicium Crisiense a bano Ulrico 21. IX. 1450 iussum, ut causam inter capitulum Zagrabiense et civitatem Montis Grecensis de sedecima vini et frugum ad finem perducat, respondet causam a mense Octobri ad Ianuarium a se prorogatam esse. Or. mancum.

2175 D-XI-77 Zagrabiae 4. XI. 1450. Fridericus banus capitulo Zagrabiensi praecipit, ut Stiborium dictum Beronych de Nereka, in dominium possessionis Dobrethyn introducat. E nota apparet introductionem factam esse, sed diebus legitimis elapsis contradictores ei extitisse. Cop. recens.

2176 D-XI-78 Zagrabiae 29. XI. 1450. Mon. Zg. II 214, nr. 156.

2177 D-XI-79 In Ezek 4. XII. 1450. Johannes de Korogh, banus Machoviensis, capitulo Quinqueecclesiensi praecipit, ut in causa Elisabeth, viduae Johannis Kerczer de Radwan, contra Elisabeth, viduam Johannis Kerczer Minoris, de quadam particula terrae vi occupata motam, inquisitionem faciat et reum in ius evocet. Tr. 4. I. 1451.

2178 XXI-2/11 (elen. 1), nr. 38 1450. Inquisitio de violentiis a subditis Viti, Johannis de Mathei de Junosovcz et Tihae de Klokocheucz colono Blasii et Petri de Konszka illatis. Regestum.

2179 I d 32, elen. f. 249. Zagrabiae 1450. Ladislaus, filius Pauli Miketych de Miketincz, filios Stephani Zadevich et qd. Andreae Britvich iuridice prohibet, ne suas portiones in Polyana et silvam Dubovecz attingant. Regestum.

2180 D-XI-79 Quinqueecclesiis 4. I. 1451. Capitulum Quinqueecclesiense a Johanne de Korogh, bano Machoviensi, 4. X. 1450. iussum refert ex inquisitione facta apparere Elizabeth, viduam Johannis Ke(r)czer, Elizabeth, viduae Johannis Ke(r)czer de Radwan, revera multas violentias intulisse, quare in ius vocatam esse. Or.

2181 D-XII-1 Zagrabiae 15. I. 1451. Petrus Ozel de Ialsowa, procurator Blasii et Petri, filiorum qd. Ladislai de Konska, qui cum conventu eremitarum de Ztreza litem de rebus parafernalibus habebat, coram Dionysio Georgii de Malchowcz, notario Zagrabiensi, contra sententiam iudicii ecclesiastici Zagrabiensis, a quo litterae quaedam expeditoriae falsae dictae sunt, ad archiepiscopum Calocensem provocat. Or. P.

2182 I d 12, elen. IV, p. 20 In Varasd I. 1451. Banus Ulricus causam Stephani Kuhinger et Elisabethae de Bathyna contra Georgium Herk de Zajezda et filios Joannis Herk prorogat. Regestum.

2183 D-XII-2 Krappinae 26. II. 1451. Fridericus banus tres mansos capellae in Zlataria sub castro Ostercz in Lowrychan sitos ea condicione donat, ut plebanus ecclesiae s. Martini sub eodem castro quoque die dominico missam pro remissione peccatorum donatoris eiusque heredum celebret, alioquin hi mansi donatori restituantur. Or. P.

2184 D-XI-88 In Zalonkemen 26. III. 1451. Johannes de Huniad gubernator donationem possessionum in Biztrichya, quam Andreas de Biztrichya suae sorori Dorotheae, uxori Nicolai Hennyngh, fecit, confirmat. Tr. 17. II. 1513.

2185 D-XII-4 In Zalankemen 26. III. 1451. Johannes de Hwnyad gubernator capitulo Chasmensi praecipit, ut Hennynghum de Zomzedwar eiusque filium Nicolaum uxoremque Dorotheam in dominium possessionis Biztricha, quam Andreas, filius Stephani de eadem, sorori suae donavit, introducat. Tr. 19. IV. 1451.

2186 D-XII-3 Segniae 2. IV. 1451. Stephanus de Frangepanibus curiam in territorio et dominio Modrus Strasnich pod Verhom vocatam Antolicz Yvkouich de Pecch donat. Tributum »tergouina« nominatur. A tergo argumentum Croatice inscriptum. Or. P.

2187 D-XII-6 In Temeswar 10. IV. 1451. Johannes de Hwnyad omnes causas Hennynghi de Zomzedwar, qui in arduis regni servitiis apud se agit, prorogari iubet. Tr. 16. V. 1451.

2188 D-XII-4 [Chasmae] 19. IV. 1451. Capitulum Chasmense testatur se a Johanne de Hwnyad 26. III. 1451. iussum Hennynghum de Zomzedwar in dominium possessionis Biztricha introduxisse. Or. P.

2189 D-VIII-112 Brezowyczae 4. V. 1451. Georgius Pyers, capitaneus utriusque Kemlek, et Paulus Mykchech de Czyrkuena, comes terrestris Maioris Kemlek, litteras Sigismundi de Novo castro, capitanei utriusque Kemlek, dd. 20. II. 1414. et litteras Stephani Kerser, filii Egidii de Rusynbrod, comitis terrestris Maioris Kemlek, dd. 25. (?) IV. 1423. transumunt. Or.

2190 D-XII-5 Romae 7. V. 1451. Nicolaus papa Nicolaum de Vylak, waywodam Transilvanum, ab omnibus sententiis absolvit, quod 154 flor. auri in consilio Basiliensi et in oppido Vylak pro reductione Graecorum ad fidem catholicam collectos in fabricam parochialis ecclesiae sui oppidi Vylak consumpsit. Cop. saec. XIX.

2191 D-XII-6 Zagrabiae 16. V. 1451. Fridericus banus a Matheo, notario Montis Grecensis rogatus litteras Johannis de Hwnyad de prorogatione sausarum Hennynghi de Zomzedwar 10. IV. 1451. editas transumit. Or.

2192 D-XII-8 Zagrabiae 19. V. 1451. Mon. Zg. II 215, nr. 157.

2193 D-XII-9 [Posegae] 7. VII. 1451. Stephanus, filius Bodur de Gorbounuk, Andreae, filio Nicolai de Kamarcha, sponso gloris suae, viduae Petri, filii Budor, portiones possessionarias Petri coram capitulo de Posega tradit, donec filii Petri ad legitimam pervenerint aetatem, atque prohibet, ne Andreas damnum possessionibus inferat. Or. et cop. saec. XIX.

2194 D-XII-7 Zagrabiae 17. VIII. 1451. Mon. Zg. II 217, nr. 159.

2195 D-XII-10 Zagrabiae 25. X. 1451. Mon. Zg. II 218, nr. 160.

2196 D-VIIa-124 In oppido sub Pocitegl 27. X. 1451. Joannes, Paulus, Carolus, comites Corbauiae, libertates a praedecessoribus suis 2. XI. 1387. et 20. X. 1432. loco Scrisiensi concessas confirmant. Tr. 21. XII. 1481.

2197 DV-I-60 Nonae 2. XI. 1451. Natalis Georgius, episcopus Nonensis et iudex apostolicus, capitulo Jadrensi et praecipue Lucae archidiacono notum facit Andream de Ursinis, plebanum s. Petri Jadrensis, de iniuria capituli, quod ei bona plebaniae adimere velit, papae Nicolao questum esse seque a papa litteras dd. 13. II. 1446. accepisse, quapropter utramque partem coram se citat. Or.

2198 D-XI-88 In Demesy 9. XII. 1451. Barones et praelati regni Hungariae donationi ab Andrea de Biztrichya sorori Dorotheae factae consentiunt. Regestum 17. II. 1513.

2199 D-XII-12 Budae 15. XII. 1451. Universitas nobilium regni Hungariae capitulo Chasmensi mandat, ut Hennyngum Cernin de Zomzedwar eiusque uxorem Dorotheam in dominium possessionis Biztrichae introducat. Tr. 23. I. 1452.

2200 I d 170. sub O. 1451. Ladislaus rex Paulo et Nicolao Mikchehecz possessiones Czirkvena. Orehovecz – Sz. Peter donatione nova confert. Regestum.

2201 I d 32, elen. f. 741 et 766. 1451. Georgius, filius Joannis, filii Nicolai, filii Cousz, bani de Ludbregh, possessiones Bauladan et Magyar Baran (com. Sopron), Clementi Thapan de Haraszth, »protonotario iudicis curiae regiae, et banatus regni Sclavoniae«, coram palatino Ladislao de Gara vendit. Regestum.

2202 D-XII-11 Crisii 22. I. 1452. Frank, filius Demetrii de Megyerewchye, Paulum Mikchecz de Cirkwena 35 florenis auri qd. Michaeli, filio Pauli, mutuis datis et nunc receptis coram Ulrico bano expeditos dicit et quasdam terras in Lazthezin impignoratas restituit. Or.

2203 D-XII-12 [Chasmae] 23. I. 1452. Capitulum Chasmense fatetur se Hennyngum Cernin de Zomzedwar in dominium possessionis Biztrichae iuxta mandatum universitatis nobilium regni Hungariae dd. 15. XII. 1451. introduxisse. Or. P.

2204 D-XII-13 In Greben 1. II. 1452. Stephanus, filius Andreae de Rohoncz, aulae imperialis maiestatis miles, Mathiae Dobos villas Jasnich (Jalnincz?) et Dobnich donat. Or. mancum. = Regestum XXI-2/11 (elen. 1, nr. 39.)

2205 D-XII-14 [Zagrabiae] 2. II. 1452. Mon. Zg. II 219, nr. 161.

2206 D-XII-15 Budae 2. II. 1452. Johannes de Hwnyad a Friderico et Ulrico banis rogatus eorum notarium Anthonium de Gwdowcz eiusque possessiones Gwdowcz et Bwthlatyncz atque colonos ecclesiae parochialis b. Petri in Gwdowcz ab omni taxa eximit. Or. P.

2207 B II Nc-5 In Dubravize 24. II. 1452. Permutatio bonorum inter fratres Cropanich ab una ac Matheum Nisetich parte ab altera, qua illi terrenum suum in Ravni Ravanci sub valle Rasohatiza ac terrenum Varch de Rasoche Prodol huic possidendum concedunt, hic vero illis terrenum sub Gracischie et unam vallicellam apud Strasnevich restituit. E libello Petri Nixae Nisetich.

2208 D-XII-16 Viennae 2. III. 1452. Fragmentum epistulae Dionysii, [episcopi?] Strigoniensis, ad Benedictum, episcopum Zagrabiensem, datae, qua eum invitat, ut ad congregationem regni Hungariae in oppido Pestiensi veniat; Benedictus enim a filio qd. Martini litterati de Patak accusatus est, quod decimas in Maiore Kemlek indebite imposuisset. Or. mancum.

2209 D-XII-17 [Zagrabiae] 8. III. 1452. Johannes, filius Dominici dicti Bekechych de Dobrowecz, quasdam terras desertas et nemorosas Babynecz vocatas in possessione Bochkowdol sitas Marco, filio Thomae, iobagioni de Fodorowcz, eiusque filio Martino ad exstirpandum et inhabitandum more praediali coram capitulo Zagrabiensi donat. Or.

2210 D-XVIII-85 [In Chanad] 16. III. 1452. Frank, filius qd. Sandrini Koczer de Zekwdwar, portiones suas in possessionibus Zekwdwar, Kwthas, Machad in co-

mitatu de Zarand Nicolao de Kamonya, castellano castri de Gyula, 400 flor. auri coram capitulo Chanadiensi oppignorat. Regestum 22. XI. 1492.

2211 D-XII-20 In Sonekeh 1. IV. 1452. Fridericus banus iudicio nobilium Zagrabiensi mandat, ut nobilibus de Bedenicza quattuor sessiones iobagionum, quas Petrus Syska eiusque filia Ila (alio nomine Helena) et Margaretha, vidua Andreae, vi occupaverunt, restituat. Tr. 10. IV. 1452.

2212 D-XII-18 et 19 Zagrabiae 4. IV. 1452. Stephanus, filius Marci, et Sydowyn, filius Lucae de Godennycza, tum Petrus, filius Andreae dicti Wratthysych de Zenth Andrea, denique Fabianus, filius Georgii dicti Hawysych de Godennycza, coram capitulo Zagrabiensi terras in Godennycza, Zlochycza, Zelnycza, Wthay dividunt, earum metas statuunt et de porcorum pascuis in silvis de roboribus ad aedificia exstruenda et de molendinis cavent. Argumentum litteris Glagoliticis a tergo adscriptum est. Or. P.

2213 D-XII-20 Zagrabiae 10. IV. 1452. Iudicium nobilium Zagrabiense a Friderico bano 1. IV. 1452. iussum quatuor sessiones nobilibus de Bedenicza restituit. Or. mancum. P.

2214 DV-I-61 Phari 20. IV. 1452. Catarina, vidua Anthonii Jacobi, Paulo Paladini, archidiacono Pharensi, et Hectori Anthonii dimidiam partem omnium suorum possessionum 650 libris et 10 soldis vendit. Or. cum signo not. et cop. brevis saec. XVIII. Italice conscripta.

2215 D-XII-21 Zagrabiae 29. V. 1452. Or. P. S. et cop. saec. XVII. Mon. Zg. II 220, nr. 162.

2216 I d 29, f. 11. V. 1452. Privilegium iuris gladii in possessione Czîrkvena Paulo Mikchecz de eadem eiusque fratri Ladislao collatum. Regestum.

2217 D-XII-22 [Zagrebiae] 5. VI. 1452. Mon. Zg. II, 225, nr. 163.

2218 D-XII-23 Venetiis 19. VI. 1452. Instrumentum continens modum, quo insula Vegliensis ad Venetam transivit rempublicam. Eo die Venetiis in ducali palatio Franciscus Foscari, dux Venetiarum, in protectionem dominii Veneti Joannem de Frangepanibus, comitem et ducem civitatis et insulae Vegliae, accepit, qui vexillum et insignia s. Marci elevare atque se verum amicum Venetiarum fore promisit. Cop.

2219 DV-I-62 Venetiis 12. VIII. 1452. (Lat. et. Ital.) Franciscus Foscari, dux Venetiarum, Ludovico Baffa, comiti Cathari, mandat, ut responsiones suae ad septem capitula a Nicolao Triphonis de Boliza, oratore communitatis Cathari, sibi porrecta observari debeant. Or. mancum cum signo not. P.

2220 D-XII-24 Quinqueecclesiis 14. X. 1452. Capitulum Quinqueecclesiense a Nicolao de Wylak, waywoda Transilvano, et Johanne de Korogh, banis Machoviensibus, iussum fatetur terram Susannae, viduae Johannis Kerczer, filii Lucae de Radwan, eiusque filii Francisci ab Elizabeth, vidua alterius Johannis iunioris, eiusque filiis Ladislao et Nicolao vi occupatam ibique novam domum extructam esse. Or.

2221 I d 12, elen. IV., p. 20. In Varosd XI. 1452. Banus Ulricus causam Stephani Kuhinger eiusque uxoris Elisabethae, filiae Stephani de Bathyna, contra Georgium Herk denuo prorogat. Regestum.

2222 D-XII-25 In Saneky 1. XII. 1452. Mon. Zg. II 228, nr. 165.

2223 Jelačić LXXVIII. elen. Georgii Jellachich a. 1763. p. 5 Zagrabiae 1452. Regestum. Mon. Tur. I 303, nr. 275.

2224 XXI-2/11, elen. 1, nr. 485. 1452. Jacobus de Jakozerdahel, archidiaconus Goricensis et canonicus Zagrabiensis, in dominium duarum possessionum iobagionalium, octo foenilium, curiae ac terrarum in Jakozerdahel introducitur. Regestum.

2225 D-XII-26 Varasdini 1. I. 1453. Mon. Zg. II 230, nr. 167.

2226 D-XII-27 Zagrabiae 31. I. 1453. Mon. Zg. II 231, nr. 168.

2227 B II Na-11 In Dubraviza 24. II. 1453. Fratres Matheus, Joannes et Cyprianus Hropanich permutatione quorundam terrenorum cum Matheo Nisetich facta

terrena sua Rafni Ravanci et Varh ac terrenum sub Gracischie cedunt. 2 Cop. saec. XVII.

2228 D-XII-28 Budae 6. III. 1453. Cop. Saec. XVII. Mon. Zg. II, 231, nr. 169.

2229 IV d 24, nr. 18 Tragurii 6. III. 1453. Testamentum Dragae, uxoris Johannis Cliasich. Or.

2230 D-XII-29 In Popoucz 21. III. 1453. Testamentum Petri dicti Chech de villa Popoucz: sua bona partim Ilczae uxori, partim claustro eremitarum in Ztreza »pro scriptione unius psalterii et pro comparandis pergamentibus«, partim viciuis ecclesiis legat. Or.

2231 D-XII-30 [Zagrabiae] 21. III. 1453. Capitulum Zagrabiense Friderico bano nuntiat suum et eius legatum, cum Hennynghum de Zomzedwar eiusque uxorem Dorotheam in dominium possessionis Bobowcz contradictione comitis Martini de Frangapan non obstante introducere voluerint, ab huius hominibus fugatos esse, a quibus etiam Valentinum de Chernkowez, iudicem nobilium comitatus Zagrabiensis, verberatum et in silva arbori adligatum esse, ut vix mortem evaserit. Or.

2232 D-XII-31 [Zagrabiae] 24. III. 1453. Capitulum Zagrabiense Friderico bano nuntiat se a Ladislao de Palocz, iudice curiae regiae, iussum inquisitionem fecisse et ex ea apparere querelam Johannis, filii Gregorii de Gepew, contra Hennynghum de Zomzedwar veram esse, qui cum in oppido Nowachychan inventus non sit, eius villicum Emericum ad terras Johanni de Gepew restituendas ammonitum esse et cum id facere noluerit, accusatum in sedem Zagrabiensem evocatum esse. Or.

2233 D-XII-32 Crisii 21. IV. 1453. Ilka, vidua Benedicti, filii Valentini iudicis, vineam Ladislao, filio Pauli Mikethicz de Mikethincz, sex flor. auri coram iudice iuratisque veteris liberae Inferioris civitatis Crisiensis vendit. Or. P.

2234 D-XII-33 Zagrabiae 23. IV. 1453. Mon. Tur. I 306, nr. 275.

2235 D-XII-35 In Warosd 28. IV. 1453. Benedictus de Twrocz, comes Warosdiensis, capitulum Zagrabiense rogat, ut Petrum, filium Martini Spychkowych de Krysancz, officalem in Crappina, in dominium portionum in possesisonibus Myrkowcz et Prylezya, eum titulo pignoris concernentium, introducat. Tr. 15. V. 1453.

2236 D-XII-93 Crisii 30. IV. 1453. Demetrius, Barnabas et Johannes, filii olim Martini Briga, ab una, ac Georgius, filius Matthei Briga, parte ab altera, concordiam coram Friderico bano ineunt, qua hi omnibus causis cassatis duas particulas et unum pratum in possessione Maryassewschyna illis remittunt. Or. mancum.

2237 D-XII-34 In castro Novi Montis Pestiensis 6. V. 1453. Martinus Slaus, civis castri Novi montis Pestiensis, coram Johanne Münczer, iudice eiusdem castri, vineam in territorio Kegler Clementi mercatori eiusque uxori Katherinae quinque flor. auri vendit. Or. P.

2238 D-VI-100 Crisii 12. V. 1453. Ulricus banus ad rogatum Georgii, filii Nicolai dicti Borothwa de Therzthenicze, litteras bani Petri Zudor dd. 3. II. et 5. II. 1374. transumptas de pacto Joannis, filii Joannis Jwnk, et Nicolai, filii Pauli de Vrbouch, denuo transumit. Or. P.

2239 D-XII-35 [Zagrabiae] 15. V. 1453. Capitulum Zagrabiense testatur se a Benedicto de Twrocz, comite Varosdiensi, 28. IV. 1453. rogatum Petrum Spychkowych in dominium quarundam portionum in possessionibus Myrkowcz et Prylezya introduxisse. Or. P.

2240 D-XII-36 Ugrae 25. V. 1453. Benedictus, episcopus Zagrabiensis, in lite inter cives de Ugra et iobagiones de Cherya de silva Mokricza inquisitione a suis hominibus facta silvam civibus adiudicat atque iobagionibus de Cherya sub birsagio 50 marcarum silentium perpetuum imponit. Or.

2241 D-XII-37 Wyennae 25. V. 1453. Ladislaus rex Paulo Mykchecz de Cirkwena, protonotario Crisiensi, eiusque fratri Nicolao ius gladii in eorum possessionibus confert. Or. P. S.

2242 D-XI-75b [Tininii] 13. VI. 1453. Capitulum Tininiense litteras Georgii Frankapan dd. 28. X. 1450., quibus villam Podstranitzam Nicolao Gaspari de Sibenico donavit, transumit. Or. P.

2243 D-XII-38 19. VI. 1453. Elizabeth, filia Pauli et Iwanae, filiae Martini de Zelcz, atque Petrus, filius Nicolai de Zerechyn, Petrus et Valentinus, filii Georgii Zerechyn de Capella, quorum trium Annos, filia Martini praedicti, ava fuit, portiones possessionarias pro quarta puellarum Iwannae et Annos Johanni, filio Petri dicti Kurthych de Zelch coram Benedicto, filio Gregorii de Prezechnafew, comite terrestri de Maiore Kemlek, donant. Or.

2244 D-XII-39 [Chasmae] 19. VII. 1453. Capitulum Chasmense Ulrico bano nuntiat se a Ladislao de Paloch, iudice curiae regiae, iussum Veronicae, filiae Georgii de Peschene, et Ilkae, filiae Nicolai de Konzka, possessionem Zelniche-Zenth Damankos qd. Nicolai restituere voluisse, sed Petrum de Konzka contradixisse, quare eum in ius evocatum esse. Or.

2245 D-XII-40 [Chasmae] 7. VIII. 1453. Emericus, filius Jacobi dicti Waywoda de Brezthowch, possessionem in Blathcha in districtu Themerye Coamae, filio Laurentii, et Nicolao Erdeg de Themerya 20 florenis auri coram capitulo Chasmensi pignori obligat. Or.

2246 D-XII-41 [Zagrabiae] 19. VIII. 1453. Stybor de Nareka Blasium, filium fratris sui Pauli, coram capitulo Zagrabiensi adoptat eique possessiones suas Dobrethyn et Dola legat. Or. P.

2247 D-XII-42 Zagrabiae 4. X. 1453. Iudices nobilium comitatus Zagrabiensis a Friderico bano iussi Margaretam viduam et Sophiam, filiam Georgii, filii Francisci de Vyheb, in dominium possessionum Bedennycze et Globoko pignoris titulo a Stephano litterato de Vynychno eis traditarum nemine contradicente introducunt. Or. P.

2248 D-XII-43 Crisii 8. X. 1453. Gregorius aliter Adam, filius Blasii de Konzka, et Georgius, filius Petri de eadem, venditionem possessionis Drasouch, quam eorum patres clam Vito litterato et Johanni et Mathyae, filiis Johannis de Iunosouch, fecerunt, coram Ulrico bano iuridice prohibent. Or.

2249 D-XII-47 Zagrabiae 25. X. 1453. Fridericus banus capitulo Zagrabiensi mandat, ut Dionysium presbyterum eiusque fratrem Georgium de Malchowcz in dominium possessionis Zenth-Iwan alio nomine Illyncz introducat. Tr. 18. XI. 1453.

2250 D-XII-44 Zagrabiae 25. X. 1453. Mon. Zg. II 239, nr. 175.

2251 D-XII-45 Quinqueecclesiis 13. XI. 1453. Capitulum Quinqueecclesiense Nicolao de Wylak et Johanni de Korogh, banis Machoviensibus, nuntiat se Susannam, viduam Johannis Kerczer, eiusque filium Franciscum in dominium possessionis Radwan, postquam Elizabeth, viduam Johannis Kerczer Minoris, eiusque filios Ladislaum et Nicolaum ex illo dominio eiecerit, restatuisse, tum possessiones Radwan et Kyss Wylakcha, in quibus Elizabeth eiusque filii convicti sint, inter dictas partes et Stephanum Kerczer, fratrem »condivisionalem et generationalem« divisisse et partibus, quibus iura possessionaria ad redimendum competant, terminum assignasse. Or.

2252 D-XII-46 Zagrabiae 13. XI. 1453. Mon. Zg. II 240 nr. 176.

2253 D-XII-47 [Zagrabiae] 18. XI. 1453. Capitulum Zagrabiense a Friderico bano 25. X. 1453 iussum Dyonisium presbyterum eiusque fratrem Georgium de Malchowcz in dominium possessionis Zenth-Iwan alio nomine Illyncz introducit. Or.

2254 D-XII-48 et 49 Crisii 28. XII. 1453. Petrus, filius qd. Ladislai de Konzka, octo sessiones iobagionum in villis Goricha et Thomadoyewcz Stiborio, filio Stephani de Colonycz, familiari suo, 24 florenis (4 ducatis et 20 Hungaricis) coram Ulrico bano oppignorat. Or. = Regestum XXI-2/11, elen. 1, nr. 32 et 94.

2255 B II Na-12 1453. Introductio Mathei Nisetich in dominium vineae in villa Grimazza ei iuxta sententiam iudicis adiudicatae. Cop. saec. XVII.

2256 I d 170, sub 0. 1453. Petrus et Georgius de Orehovecz- Sz. Peter septem sessiones colonicales ibidem sitas Ilkae donant. Regestum.

2257 D-VIIa-135 1453. Ladislaus rex ad rogatum canonicorum diaconi de Verbouch et Ladislai, custodis litteras Johannis, episcopi Zagrabiensis, de solutione decimarum nobilium castri Medwe a. 1432. datas confirmat. Or. mancum. P.

2258 D-XII-94 1453. Nicolaus Keczer de Radovan in causa inter se et Susannam, viduam Johannis de Radovan, eiusque filium Franciscum iurare non vult. Or. mancum.

2259 XXI-2/II, elen. I. nr. 25. 1453. Blasius et Petrus de Konszka Veronicam, filiam Georgii de Pesthenye, in ius evocant. Regestum.

2260 DV-I-63 Jadrae 1. I. 1454. Testamentum qd. Pauli aurificis. Cop. vid. coaevis, cui addita est genealogia heredum testatoris et inventarium rerum.

2261 D-XLIV-4 Crisii 25. I. 1454. In causa Viti litterati, filii Joannis de Junosovcz, contra Blasium et Petrum, filios Ladislai de Konszka, de possessionibus Konszka Zelnicze, Drasovcz et Chanov Ulricus banus octo documentis visis possessiones reis adiudicat. Tr. 9. IX. 1585.

2262 D-XII-50 Krappinae 24. II. 1454. Fridericus banus tres mansos in Lworychan capellae b. Mariae virginis in Zlatarya sub castro Osterez ea condicione donat, ut plebanus apud b. Martinum sub eodem castro unum specialem capellanum pro missis celebrandis habere debeat. Or.

2263 D-XII-90 Zagrabiae 11. III. 1454. Tr. 12. V. 1522. Mon. Tur. I 311, nr. 279.

2264 D-XII-51 Zagrabiae 1. IV. 1454. Mon. Tur. I 312, nr. 280.

2265 IV d 49-4 Veglae 4. IV. 1454. Joannes de Frangepanibus donationem stuppae et molendini ab Johanne de Frangepanibus monasterio s. Nicolai ord. s. Pauli 12. X. 1330. factam confirmat. Cop. vid. saec. XVII.

2266 D-XII-52 [In Pechwar] 26. IV. 1454. Conventus ecclesiae in Pechwar a palatino Ladislao de Gara iussus Petrum, filium Dominici de Fyzesd in dominium possessionis Wychley-Zenth-Gal in comitatu de Baranye contradictione quorundam de Zenth-Gal non obstante introducit. Or.

2267 G-I-10 Crisii 15. V. 1454. Banus Ulricus, Ciliae comes, in causa Alberti et Johannis, filiorum Martini litterati de Vinarcz, contra Stephanum, filium Georgii, de possessione Vinarcz mota litteras bani Mykecz 9. VIII. 1342. de reambulatione possessionum filiorum Finecz editas transumit. Or. P. = Tr. 5. I. 1481.

2268 D-XII-53 [Chasmae] 18. V. 1454. Capitulum Chasmense a bano Ulrico 5. IV. 1454. iussum Benedictum, filium Petri de Jakozerdahel, in dominium duarum sessionum iobagionalium in possessione Drasowcz et molendini in fluvio Plaunicha, eum titulo pignoris concernentium, introducit. Or.

2269 D-XII-54 Zagrabiae 20. V. 1454. Mon. Zg. II 241, nr. 178.

2270 D-XII-90 Zagrabiae 20. V. 1454. Tr. 12. V. 1522. Mon. Tur. I 316, nr. 283.

2271 D-XII-55 In Roycha 31. V. 1454. Petrus, filius Pauli Kerznarich, iudex nomine omnium civium seu hospitum de Roycha magistro Petro, protonotario bani Ulrici, eiusque fratri Georgio pro officiis in processu de libertate eorum contra regem ac nonnullos magnates duo foeneta donat. Or. P.

2272 D-XII-56 [Zagrabiae] 19. (?) VII. 1454. Capitulum Zagrabiense bano Ulrico nuntiat se a Ladislao de Palocz, iudice curiae regiae, iussum inquisitionem in lite inter Hennynghum de Zomzedwar et Mathyam, praepositum de Byeniko, huiusque fratres, filios qd. Georgii de Gepew fecisse et Hennynghum in ius evocasse. Or.

2273 D-XII-57 Pragae 25. VIII. 1454. Ladislaus rex Pragae coronatus, Gregorio, filio qd. Jacobi Magni de Lwbsa, pro officiis »ab eo tempore, quo a manibus et educatione Friderici Romanorum imperatoris liberatus ac regnis et dominiis paternis restitutus est« praestitis possessiones Podworya, Toplycza, Treklaucz, Babychowcz, Also Dobry Zdencz, Zekerye Zelo, Hwm, Zenth Mathey, Boryzlowcz, Zredny otok, Doblyncez et Hrwskow Potok in comitatu Zagrabiensi nova donatione cum omni iure regio confert. Or. P.

2274 D-XII-58 In Varosd 10. X. 1454. Emericus, filius qd. Johannis Dethrih de Novakoucz, vineam in Monte Thoplicensi praedialibus de Valpacheucz consentien-

tibus atque portionem Celaryoicz Gregorio, filio Thomae de Semoucz, 15 pensis denariorum Wiennensium coram iudicio nobilium Varosdiensi vendit. Or. P. S.

2275 D-XII-59 Zagrabiae 28. X. 1454. Mon. Tur. I 325, nr. 287.

2276 D-IX-81 Vratislaviae 15. XII. 1454. Ladislaus rex privilegium claustris fratrum s. Pauli a Sigismundo rege 8. IX. 1425. concessum transumit et confirmat. Tr. 21. V. 1493.

2277 IV d 52 b-2 Spalati 24. XII. 1454. (Ital.) Testamentum Marci Petri Pecenich. Cop. vid. saec. XVIII.

2278 XXI-2/10, nr. 400. 1454. Joannes archidiaconus de Bezin curiam Herpenya Blasio, filio Stephani Skerta, vendit. Regestum.

2279 XXI-2/11, elen. 1., nr. 648 1454. Georgius Briga de Milethinez Stephano, plebano de Cherztvecz, Gregorio et Joanni, filiis Pauli de Paulovez, sessionem iobagionalem in Paulovez pigneri obligat. Regestum.

2280 XXI-2/11, elen. 4, p. 2 1454. Banus N. N. (!) sententiam de adiudicatione omnium bonorum familiae Konzky edit. Regestum.

2281 D-XII-60 Zagrabiae 27. I. 1455. Mon. Tur. I 327, nr. 290.

2282 D-XII-61 Zagrabiae 29. I. 1455. Mon. Tur. I 330, nr. 291.

2283 D-XVIII-85 [In Orod] 5. II. 1455. Ladislaus, filius Frank Keczer de Zekwdwar, omnes suas portiones in possessionibus Zekwdwar, Kwthas et Macha Nicolao de Kamonya 400 florenis auri coram capitulo Orodiensi oppignorat. Regestum 22. XI. 1492.

2284 D-VIII-113 [Zagrabiae] 7. II. 1455. Capitulum Zagrabiense a magistro Paulo, filio Nicolai Mykzecz de Cyrkwena, protonotario Crisiensi, rogatum litteras capituli Chasmensis de oppignoratione dimidiae partis possesionis Babyak 11. III. 1411. editas transumit. Or.

2285 D-XII-62 [Chasmae] 20. II. 1455. Martinus, filius qd. Stephani litterati de Rawen, Stephano et Emerico, filiis qd. magistri Michaelis de eadem, dimidiam partem possessionum Rawen et Bablyak coram capitulo Chasmensi cedit. Or. P.

2286 D-XII-91 Crisii 9. III. 1455. Ulricus banus capitulo Zagrabiensi praecipit, ut Ilko, viduam Petri litterati de Sebnycza Zenth Iwan, eiusque filias Elizabeth et Ilko in dominium possessionum eis a Georgio, filio Nicolai litterati, pignori datarum introducat. Tr. 19. V. 1555.

2287 D-XII-63 Zagrabiae 10. III. 1455. Mon. Tur. I 335, nr. 293.

2288 D-XII-91 [Zagrabiae] 24. III. 1455. Capitulum Zagrabiense a bano Ulrico 9. III. 1455. iussum dominam Ilko eiusque filias in dominium possessionum eis a Georgio, filio Nicolai litterati, oppignoratarum introducit. Tr. 19. V. 1555.

2289 D-XII-64 Zagrabiae 24. III. 1455. Mon. Tur. I 336, nr. 294.

2290 D-XII-65 [Zagrabiae] 7. IV. 1455. Capitulum Zagrabiense a Ladislao rege 25. VIII. 1454. iussum Gregorium, filium Jacobi Magni de Lwpsa, eiusque fratres condivisionales in dominium 12 possessionum introducit. Argumentum Croatice a tergo inscriptum. Or. P.

2291 D-XII-66 Zagrabiae 21. IV. 1455. Mon. Tur. I 341, nr. 297.

2292 D-XII-88 Viennae 30. IV. 1455. Ladislaus rex capitulo Chasmensi praecipit, ut Hennynghum de Zomzedwar eiusque uxorem Dorotheam, filiam Johannis Toth de eadem, in dominium castrorum Zomzedwar et Selyn et districtuum Ztho-bicza, Krawarszka, Chichan, Berdouecz, quae omnia Dorotheae maiores possidebant, introducat. Tr. 5. IV. 1508.

2293 D-XII-67 Kapronczae 1. V. 1455. Elizabeth dicta Regina concivi suo Valentino Ungaro, filio Thibuldi, coram Thoma iudice et iuratis de Kapronczа terram arabilem duobus flor. auri vedit. Or. P. S.

2294 D-XII-68 Crisii 10. V. 1455. Nicolaus, filius Andreae dicti Seger de Wzodowcz, nobilis de Maiore Kemlek, coram Ulrico bano omnes suas possessiones in Wzodowcz Benedicto, filio Gregorii de Prizechnafew, comiti terrestri Maioris Kemlek, eiusque fratribus 24 flor. auri vendit. Or. P.

2295 D-XII-69 Brezowichae 13. V. 1455. Johannes et Thomas, nobiles de Zelcz, coram Benedicto, filio Gregorii de Prizechnafew, comite terrestri Maioris Kemlek, Georgium, Petrum et Laurentium, filios Emerici dicti Kontharez, ab extructione molendini in fluvio Bednye iuridice prohibent. Or.

2296 D-XII-70 Crisii 14. V. 1455. Paulus et Nicolaus, filii qd. Nicolai Mikchecz de Cirkwena, coram bano Ulrico Michaeli, filio Ladislai Borothwa de Vrboucz, promittunt se possessionem Selnycze, quam Paulus a Johanne, filio qd. Dominici, filii Beke de Dubowcz, 220 flor. auri emerat, Michaeli sive eius heredibus cessuros esse, simulac illam pecuniam ab his acceperint. Or.

2297 DC I 3 In Bakar 15. V. 1455. (Croat.) Cop saec. XVII et 2 cop. recentiores (sub DC I 3a et 3b). Š. 202, nr. 120.

2298 D-XII-71 [Chasmae] 14. VI. 1455. Albertus litteratus de Galad nomine Hennynghi de Zomzedwar coram capitulo Chasmensi Nicolaum de Wyzakna eiusque fratrem Ladislaum ab occupatione possessionis Bistryche, quae quondam Andreae de eadem fuit et nunc Hennynghi est, et Ladislaum regem ac Ulricum banum a collatione eiusdem possessionis iuridice prohibet. Or.

2299 D-XII-88 [Chasmae] 18. VI. 1455. Capitulum Chasmense a Ladislao rege 30. IV. 1455. iussum Hennynghum de Zomzedwar in dominium castellorum Zomzedwar et Selyn et districtuum Zthobicza, Kravarszka, Chichan, Berdouecz introducit. Tr. 5. IV. 1508.

2300 D-XI-80 [Zagrabiae] 3. VII. 1455. Capitulum Zagrabiense a magistro Ladislao, notario et familiari Hennynghi Czernyn de Zomzedwar, rogatum litteras dd. 17. XI. 1447., in quibus de donatione quarundam possessionum Nicolao Hennyngh agitur, transumit. Or. P.

2301 D-XII-72 Wiennae 16. VII. 1455. Ladislaus rex Paulo Mykchecz de Cirkwena, protonotario Crisiensi, eiusque fratri Nicolao pro officiis regibus Sigismundo, Alberto et sibi praestitis possessiones Cirkwena et Orehoucz-Zent Peter in comitatu Crisiensi, iam ab eorum maioribus possessas, nova donatione cum iure regio confert. Or. P.

2302 D-XII-74 Wyennae 16. VII. 1455. Ladislaus rex capitulo Chasmensi praecipit, ut Paulum Mykchecz de Cirkwena eiusque fratrem Nicolaum in dominium possessionis Orehoucz-Zent Peter, a rege nova donatione collatae introducat. Tr. 24. IX. 1455.

2303 D-XII-73 [Zagrabiae] 25. VII. 1455. Mon. Zg. II 244, nr. 182.

2304 D-XII-74 [Chasmae] 24. IX. 1455. Capitulum Chasmense testatur se iuxta mandatum regis Ladislai dd. 16. VII. 1455. Paulum Mykchecz de Cirkwena eiusque fratrem Nicolaum in dominium possessionis Orehoucz-Zenth Peter introduxisse. Or. P.

2305 DV-I-64 Chersi 28. IX. 1455. Marcus Dandulus, comes Chersi et Auseri, ad petitionem Mauri, filii Bartoli de Capisolo, terrenum communis in contrata Radosten pro vinea plantanda Gregorio de Barberia adiudicat. Or. cum signo not. P.

2306 D-XII-75 Brezowyczae 30. IX. 1455. Elena, uxor Pauli Kontherch de Finchowcz, et Elena Myla dicta, uxor Philippi de Warasd, fratrem Stephanum Pizachich de Isanoucz, filium Nicolai Pyzaacz, coram Benedicto, filio Gregorii de Pritzachnafew, comite terrestri Maioris Kemlek, de dote et vestibus ipsis spectantibus, absolutum declarant. Or.

2307 DC-I-14 In Nowi 28. X. 1455. (Croat.) Cop. saec. XVIII. Š. 204, nr. 121.

2308 D-XII-92 Zagrabiae 10. XI. 1455. Tr. 24. XI. 1562. Mon. Tur. I 354, nr. 303.

2309 D-XI-81 [Zagrabiae] 17. XII. 1455. Katherina, vidua Stephani de Byztrycza, omne suum ius in Byztrycza, dotem et res paraphernales Hennyngho Czernyn coram capitulo Zagrabiensi donat. Tr. 14. V. 1456.

2310 D-XIII-2 Zagrabiae 22. XII. 1455. Mon. Tur. I 357, nr. 304.

2311 D-XII-76 Crisii 13. I. 1456. Jan Bythowecz in Greben, vicebanus et comes Crisiensis, testatur ex inquisitione facta apparere Thomam de Luchichawo

eiusque uxorem Elenam possessiones Benedicti Gele de Zredne in Wyudwar, quae iam huius maioribus pignori datae erant, vi occupasse. Or.

2312 D-XI-88 [Chasmae] 15. II. 1456. Capitulum Chasmense Nicolaum Hennyngh eiusque uxorem Dorotheam in possessiones in Bistrichya introducit. Regestum 17. II. 1513.

2313 D-XII-77 Zagrabiae 8. III. 1456. Andreas, filius Petri de Mlaka, quandam sessionem Blasio filio Mathyae, quattuor florenis auri coram Johanne Jagnych de Superiore Lukawecz, comite terrestri Campi Zagrabiensis, vendit. Or. P. S. Mon. Tur. I 361, nr. 306.

2314 D-XII-86 15. III. 1456. Ladislaus rex Petro, filio qd. Thomae de Roycha alias de Chernkowcz, notario bani Ulrici, eiusque fratri Mathiae possessionem Gudowcz alio nomine Werh et Pleterna in comitatu Crisiensi, quae primum Pauli, filii Nicolai, et post eius mortem Anthonii litterati, notarii Ulrici bani, fuerat, sed ob eorum defectum seminis ad regem devolutam cum omni iure regis confert. Tr. 31. V. 1458.

2315 D-XII-86 Budae 15. III. 1456. Ladislaus rex capitulo Chasmensi praecipit, ut Petrum, notarium bani Ulrici, eiusque fratrem Mathiam de Roycha alias de Chernkowcz in dominium possesionis Gudowcz introducat. Tr. 31. V. 1458.

2316 D-IV-10 Budae 19. IV. 1456. Ladislaus rex litteras bani Ulrici de possessionibus Naghmal, Bresztovycza kray, Klenowcz (Wygnarcz) 15. V. 1454. editas confirmat. Tr. 5. I. 1481.

2317 D-XII-78 et 79 Budae 23. IV. 1456. Ladislaus rex capitulo Chasmensi praecipit, ut Hennynghum Chernyn de Zomzedwar eiusque uxorem Dorotheam in dominium possessionis Bysztricza introducat. Or.

2318 D-XII-80 Zagrabiae 26. IV. 1456. Mon. Tur. I 365, nr. 309.

2319 D-XII-81 Crisii 3. V. 1456. Paulus Mykchecz de Cyrkvena, qui Stephanum, filium qd. magistri Michaelis de Rawen, periurii reum fecerat, compositione nobilium virorum interveniente coram bano Ulrico de querela desistit. Or.

2320 D-XI-81 [Zagrabiae] 14. V. 1456. Capitulum Zagrabiense litteras suas de donatione possessionis Byztrycza 17. XI. 1447. et 17. XII. 1455. editas transumit. Or. P.

2321 DV-I-65 Tragurii 26. V. 1456. Post obitum Jacobi de Viviano, tutoris et administratoris bonorum Johannae, filiae qd. Nicolai Salamonich, et Johannis, fratris Nicolai mente capti, Augustinus Contareno, vicecomes Tragurii, decernit, ut Johanni iam sano ratio administrationis bonorum reddatur. Or. cum signo not. P.

2322 D-XII-82 Zagrabiae 14. VI. 1456. Mon. Tur. I 367, nr. 310.

2323 D-V-3 Wiennae 10. VII. 1456. Ladislaus rex capitulum Zagrabiense litteras de reambulatione possessionis Maryasowcz 23. VIII. 1384. editas transumere iubet. Tr. 6. IV. 1457.

2324 B II Nc-7 12. VII. 1456. Franciscus Foscari, dux Venetiarum, deliberationes sindicorum et privilegia approbata confirmat. E libello decretorum ducis Venetiarum.

2325 D-XII-89 Zagrabiae 11. VIII. 1456. Tr. 29. IIII. 1511. Mon. Tur. I 368, nr. 311.

2326 D-XII-84 Crisii 23. VIII. 1456. Ulricus banus capitulo Chasmensi praecipit, ut magistrum Paulum Mykchecz in dominium quinque sessionum iobagionalium in possessione Sabnicha-Zenth-Iwan ei pignori datarum introducat. Tr. 8. IX. 1456.

2327 D-XII-83 Romae 1. IX. 1456. Mon. Zg. II 247, nr. 185.

2328 D-XII-84 [Chasmae] 8. IX. 1456. Capitulum Chasmense a bano Ulrico 23. VIII. 1456. iussum Paulum Mykchecz de Chirkwena in dominium quinque sessionum in possessione Sabnicha-Zenth-Iwan introducit. Or.

2329 D-XVIII-85 [In Chanad] 12. IX. 1456. Capitulum Chanadiense testatur se Nicolaum de Kamonya in possessiones Zekwdwar, Macha et Kwthas pignoris titulo introduxisse. Regestum 22. XI. 1492.

2330 D-XII-85 Nandoralbae 14. XI. 1456. Cum capitulum Cassmense Hennyngo de Zomzedwar litteras de legitima statutione possessionis Bystricze emanare noluerit, Ladislaus rex Hennynghi querimonia motus capitulo id mandat. Or.

2331 I d 32, elen. f. 12 1456. Ladislaus rex portionem Dobrutgyavacz(?) in districtu Luka Paulo et Georgio, filiis Petri Spiranchich, donat. Regestum.

2332 I d 32, elen. f. 924. 1456. Capitulum Zagrabiense inquisitione ad rogatum Michaelis Baxich de Prybich peracta Stephanum et Matheum Gregarich, qui eius possessionem Othok violenter occupaverunt, in ius ante banum evocat. Regestum.

2333 D-XI-82 Budae 3. I. 1457. Ladislaus rex litteras Friderici et Ulrici banorum de donatione possessionis Borkoucz Gregorio de Fodoroucz 18. X. 1449. editas transumit. Cop. vid. saec. XVIII. = Tr. 28. V. 1458.

2334 D-XIII-3 Ciliae 8. I. 1457. Mon. Zg. II 249, nr. 186.

2335 D-XIII-4 [Chasmae] 13. II. 1457. Magister Petrus, filius Pauli Mikchecz de Chirkwena, canonicus Chasmensis, Ladislaum regem a collatione possessionum suarum Chirkwena Orechowecz-Zenth-Peter, Clenowcz, Bogacchew atque Thomam, castellanum de Cheregh, ab earum perceptione coram capitulo Chasmensi iuridice prohibet. Or.

2336 D-XIII-6 Budae 14. II. 1457. Ladislaus rex capitulo Zagrabiensi mandat, ut Margaretham, viduam Georgii de Wyhel, eiusque secundum maritum Nicolaum Baba de Kathon in dominium curiae nobilis et sex inquilinorum in possessione Wyhel in comitatu Crisiensi et possessionum Chehy, Zapredya, Ebres, Bothyncz ultra fluvium Zawae in comitatu Zagrabiensi introducat. Tr. 30. III. 1457.

2337 Privil. 18 (CXLVII) Budae 24. II. 1457. Cop. vid. 1832. *Kuk.* Jura Reg. I 202, nr. 139.

2338 D-XII-86 [Chasmae] 25. II. 1457. Capitulum Chasmense a rege Ladislao 15. III. 1456. iussum Petrum de Roycha alias de Chernkowcz eiusque fratrem Mathiam in dominium possessionis Gudowcz introducit. Tr. 31. V. 1458.

2339 I d 12, elen. IV. p. 20 [Chasmae] II. 1457. Capitulum Chasmense Ladislaum Kastellanffy, filium Sigismundi, eiusque fratrem Nicolaum et Thomam Chekee in dominium possissionum Dubovecz et Orboucz (com. Cris.) introducit. Regestum.

2340 D-XI-88 Budae 6. III. 1457. Ladislaus de Gara palatinus ad rogatum Nicolai Hennyngh Nicolaum Wyzakna, Georgium Pallagh, Gregorium Bradach, a violenta occupatione bonorum in Biztrichya iuridice prohibet. Regestum 17. II. 1513.

2341 D-XIII-5 Budae 8. III. 1457. Hennyng de Zomzedwar coram Ladislao de Gara palatino Ladislaum regem a collatione possessionis Byztriczae et Nicolaum de Wyzakna ab eius occupatione iuridice prohibet. Or.

2342 D-XIII-6 [Zagrabiae] 30. III. 1457. Capitulum Zagrabiense testatur se iuxta mandatum Ladislai regis dd. 14. II. 1457. Margaretham, viduam Georgii de Wyhel, eiusque secundum maritum Nicolaum Baba de Kathon in dominium quinque possessionum introduxisse. Or. P.

2343 D-V-3 [Zagrabiae] 6. IV. 1457. Capitulum Zagrabiense a rege Ladislao 10. VII. 1456. iussum litteras suas de reambulatione possessionis Marryasowcz-Zenth-Gur 23. VIII. 1354. editas transumit. Or. P.

2344 D-XIII-7 [Zagrabiae] 2. V. 1457. Martinus presbyter, capellanus Petri, filii qd. Georgii de Bykzaad, huius nomine Ladislaum regem ab alienatione possessionis Rakonok, quam rex et nuper mortuus banus Ulricus Lazaro, regni Rassiae dezpotae, vendidit, coram capitulo Zagrabiensi iuridice prohibet. Or.

2345 DV-I-66 Bari 14. V. 1457. Sebastianus Churlia de Baro fratrem suum abbatem Anthonium Churlia coram iudicio Barensi procuratorem constituit, ut per Pierum banchierum a nonnullis mulieribus Ragusinis scutos 19 auri sibi debitos pro venditione saponis albi exigat. Or. cum signo not. P.

2346 D-XIII-8 Zagrabiae 16. V. 1457. Sophia, vidua Nicolai de Gepew, duas sessiones desertas, aliam Werbanowo zelo, aliam Geletyno zelo vocatam in villa *Stara vez sitas, quas Latzko, filius Ladislai, filii Ladomerii de Radomercz.* Nicolao de Gepew 18 florenis auri impignoravit, eodem pretio ecclesiae b. Nicolai in Zelyna coram Georgio, filio Farkasii de Ebres, comite Zagrabiensi, oppignorat. Or.

2347 I d 12, elen. IV, p. 21. Budae V. 1457. Ladislaus rex Ladislao Herk, filio Joannis, eiusque filiis ius gladii confert. Regestum.

2348 D-XIII-9 V. 1457. Ladislaus rex Francisco de Semowecz possessionem Lwsa alias Semolcz iam ab eius maioribus possessam cum iure regio confert. Or. mancum. P.

2349 D-XIII-1 Zagrabiae 11. VI. 1457. Frater Benedictus, guardianus claustri s. Francisci, et Katherina, vidua Mathiae dicti Farkas, foenile, quod Mathias pro anima sua post Katherinae mortem venumdari et pretium claustro committi voluit, *Georgio, filio Mauri de Klokoch, Katherinae sororio,* 15 flor. auri coram Conrado Rawsar, iudice civitatis Montis Grecensis, vendunt. Or. P.

2350 I d 169, nr. 2. Sutischae 24. VII. 1457. Salvus conductus Stephani Thomae, Rasciae, *Bosnae et Maritimae regis, pro Nicolao Jacobi Testa, oratore ad papam* Calistum, Alfonsum Aragonum regem, Franciscum Foscari, Venetiarum ducem, et alios principes et civitates misso. Regestum.

2351 D-XIII-22 Wyennae 1. VIII. 1457. Ladislaus rex *Johanni de Gradecz eiusque* fratri Andreae pro officiis curiam allodialem sub civitate Montis Grecensis ante portam carnificum sitam confert; quae autem curia Seboldi, capitanei civitatis, fuerat, sed cum Friderico imperatori adhaesisset, ei propter infidelitatem ablata est. Tr. 11. II. 1458.

2352 D-XIII-10 Wyennae 6. VIII. 1457. Ladislaus rex Mathiae Finthych de Finthincz eandem possessionem alio nomine Ztermecz vocatam in provincia Dombrensi oneribus et servitiis episcopo Zagrabiensi praestandis non laesis nova donatione confert. Or. P.

2353 DV-I-67 Jadrae 10. VIII. 1457. Guielmus de Bononia, civis Jadrensis, coram Andrea Marcello, comite Jadrae, Andreae de Grisogonis, commissario qd. Antonii, eius fratris, libras 120 parvorum solvere se obligat. Or. P.

2354 D-XIII-91 Wiennae 21. VIII. 1457. Ladislaus rex capitulo Chasmensi praecipit, ut Claram, filiam Johannis de Gepew, in possessiones patris eius, quas ei tanquam masculino heredi cum omni iure regio contulit, introducat. Tr. 3. III. 1482.

2355 D-XIII-11 [Chasmae] 30. VIII. 1457. Georgius, filius Mathei Briga de Mylethynch, sessionem iobagionalem in Paulouch liberis *Pauli et Margarethae, filiae* Ladislai Margalethych de Paulouch, coram capitulo Chasmensi novem florenis oppignorat. Or.

2356 D-XIII-12 Wiennae 1. IX. 1457. Mon. Zg. II 253, nr. 191.

2357 D-IV-5 Zagrabiae 17. IX. 1457. Demetrius de Jako Zerdahel, artium liberalium magister et decretorum doctor, ecclesiae Zagrabiensis vicarius, Johannem dictum Kordus de Omelya, rectorem ecclesiae s. Trinitatis de Glawnycza, confirmat. Tr. 25. I. 1485.

2358 D-XIII-15 Pragae 10. X. 1457. Ladislaus rex capitulo Albensi mandat, ut Nicolaum, filium Petri Castellan de Zenthlelek, in dominium dimidiae partis 36 possessionum: Zenthlelek, Marynowcz, Vragowcz etc. (com. Cris.) introducat. Tr. 18. XII. 1457.

2359 D-XIII-13 (Zagrabiae) 11. X. 1457. Nicolaus, filius Petri Adae de Zenthlylek, eiusque filius Akatius donationi possessionis Zenthlylek, castri Zyrch et castelli Wrana a Ladislao rege Gaspari, filio Ladislai, et Ladislao ac Nicolao, filiis Sigismundi, factae coram capitulo Zagrabiensi contradicunt. Or.

2360 D-XIII-14 (Chasmae) 16. X. 1457. Capitulum Chasmense a Ladislao rege 21. VIII. 1457. iussum Claram, filiam Iohannis de Gepew, in dominium possessionum patris eius introducit. Or. = Tr. 3. III. 1482.

2361 D-XIII-16 Zagrabiae 21. XI. 1457. Or. P. = Tr. 18. VII. 1460. Mon. Tur. I 379, nr. 317.

2362 D-XIII-17 Zagrabiae 23. XI. 1457. Mon. Zg. II 256, nr. 195.

2363 D-XIII-18 Zagrabiae 26. XI. 1457. Mon. Zg. II. 257, nr. 196.

2364 D-XIII-15 (Albae) 18. XII. 1457. Capitulum Albense iuxta mandatum Ladislai regis dd. 10. X. 1457. Nicolaum, filium Petri Castellan de Zenthlelek, in dominium 36 possesionum in comitatu Crisiensi introducit. Or. P.

2365 III d 101 (Cop. instr. ant. nr. 98.) 1457. Regestum. Mon. Hung. hist. I-28, p. 351, nr. CLXXXVIII.

2366 III d 101 (Cop. instr. ant. nr. 97.) 1457. Regestum. Mon. Hung. hist. I-28, p. 354, nr. CLXXXIV.

2367 III d 101 (Cop. instr. ant. nr. 96.) 1457. Regestum. Mon. Hung. hist. I-28, p. 355, nr. CXC.

2368 I d 32, elen. f. 925. 1457. Demetrius de Iakoszerdahel, vicarius dioecesis Zagrabiensis in spiritualibus, testimonium de patronatu ecclesiae parochialis s. Georgii mart. in Superiore Ztubicza edit. Regestum.

2369 D-XIII-19 (Chasmae) 3. I. 1458. Demetrius Chupor de Monozlo, episcopus Zagrabiensis, Georgio Saphar de Komossowcz, praediali Chasmensi, duo praedia Wochakowcz et Petrowcz »ad quinque sessiones mardurinales se extendentia« donat. Or. P. S.

2370 D-XIII-20 Budae 30. I. 1458. Mon. Zg. II 261, nr. 198.

2371 D-XIII-21 Zagrabiae 10. II. 1458. Mon. Zg. II 262, nr. 199.

2372 D-XIII-22 Zagrabiae 11. II. 1458. Mon. Zg. II 262, nr. 200.

2373 D-XIII-40 Budae 8. III. 1458. Tr. 2. IV. 1459. Mon. Zg. II 263, nr. 201 (non nr. 202, ut in nr. 212 Tkalčić asserit).

2374 D-XIII-23 Budae 16. III. 1458. Mon. Zg. II 264, nr. 202.

2375 D-XI-89 Budae 13. IV. 1458. Mathias rex civitatem Varasdiensem, quae in lite de possessione Kneginecz orta vexata erat, ab iudicio nobilium comitatus Varasdiensis aliisque iudiciis eximit et iudicio regio vel curiae regiae subicit. Tr. 3. X. 1510.

2376 D-XIII-24 Veglae 2. V. 1458. Ioannes de Franchapanibus Ioannem, filium quondam Ioannis Zubanich de Crovatia, pro fidelibus servitiis, nec non eius socrum M(ariam?) quondam Blasii de Cakenęka de Vegla de omnibus vectigalibus eximit et ei in vita eius singulo anno 12 ducatos, libras 5 cum dimidia tribuere decernit. Cop. saec. XVIII.

2377 D-XIII-25 Zagrabiae 6. V. 1458. Mon. Zg. II 266, nr. 205.

2378 D-XIII-88 Budae 6. V. 1458. Mathias rex fratres Paulum et Nicolaum Mykchecz de Czyrkwennya de se bene meritos de omnibus tributis mardurinalibus possessionum Czyrkwennya et Orehowcz-Zenth-Peter eximit. Tr. 11. XI. 1464.

2379 Privil. 17. In Alba Regali 22. V. 1458. Kuk. Iura reg. I 204, nr. 140.

2380 D-XIII-26 Budae 27. V. 1458. Mon. Zg. II 268, nr. 206.

2381 D-XI-86 Budae 28. V. 1458. Mathias rex privilegium Ladislai regis Gregorio de Fodrovcz 3. I. 1457. editum transumit et confirmat. Tr. 10. X. 1464.

2382 D-XI-86 Budae 28. V. 1458. Mathias rex Gregorio, militi nobili regni Sclavoniae, thelonium seu tributum in possessione Zlathar prope castrum Lobor confert. Tr. 10. X. 1464.

2383 D-XI-86 Budae 28. V. 1458. Mathias rex capitulo Chasmensi mandat, ut Gregorium de Fodrovcz in dominium thelonii in possessione Zlathar prope castrum Lobor introducat. Tr. 1. IX. 1458.

2384 D-XII-86 Budae 31. V. 1458. Mathias rex a magistro Petro de Gudowcz eiusque fratre magistro Mathia, notario cancellariae Hungaricae et archidiacono Neugradensi et Strigoniensi, rogatus transumit litteras Ladislai regis 15. III. 1456. datas, quibus Petro, filio qd. Thomae de Roycha alias de Chernkowcz, notario

bani Ulrici, eiusque fratri Mathiae possessionem Gudowcz alio nomine Werh et Pleterna donavit, et litteras capituli Chasmensis 25. II. 1457. datas, quae testimonio sunt capitulum a Ladislao rege litteris Budae 15. III. 1456. datis iussum Petrum et Mathiam in dominium memoratae possessionis introduxisse. Or. valde exesum. P. = Regestum XI-2/11 (elen. nr. 233).

2385 D-XIII-27 Budae 5. VI. 1458. Matthias rex coram quo Nicolaus, filius qd. Mykeez de Berberio, questus est incolas oppidi Pernyae contra ius et consuetudinem sibi non oboedire et birsagia atque victualia dare nolle, eos id facere iubet et banis praecipit, ut eos, si nolint, vi compellant. Or. P.

2386 D-XIII-28 Budae 16. VI. 1458. Matthias rex bano Iohanni Bithowecz de Greben de se bene merito castrum Krappina, possessiones deleti castri Vrbowcz et novum castrum ex opposito castri Krappinae in districtu de Zagoria donat. Or. P.

2387 DV-I-68 Venetiis 21. VI. 1458. Pasqualis Maripetro, dux Venetiarum, Arsenio Duodo, comiti Catari, mandat, ut Natalis Paltasich loco clerici Angeli de Esculo magister scholarum in civitate Catari cum salario et praerogativis ad id officium pertinentibus acceptari debeat. Or. P.

2388 D-V-57 Budae 23. VI. 1458. Mathias rex banis regni Croatiae praecipit, ut Myluthin Danich aliosque quosdam in possessione villarum Bathy et Bredal protegat. Tr. 14. VIII. 1489.

2389 DV-I-69 Venetiis 10. VII. 1458. Pasqualis Maripetro, dux Venetiarum, Arsenio Duodo, comiti Catari, mandat, ut Natali, filio Nicolai Paltasich, artem advocatoriam exercere permittat. Or. P. S.

2390 D-XIII-29 Zagrabiae 13. VII. 1458. Demetrius de Jakozerdahel, ecclesiae Zagrabiensis vicarius generalis, ecclesiam parochialem b. Petri ap. in Gudovcz post obitum Dionisii rectoris eiusdem vacantem consensu patronorum magistri Petri de Gudovcz et Ladislai, filii Georgii de Miketincz, presbytero Gregorio, filio qd. Pauli de Miketincz, confert. Or. P. S.

2391 D-XIII-30 Zagrabiae 21. VIII. 1458. Nicolaus, filius Adae de Zenthlilek, et Georgius, filus Farkasi de Ebres, comites et iudices nobilium comitatus Zagrabiensis, testantur ex inquisitione ad preces civitatis Montis Grecensis facta apparere *Nicolaum aurifabrum* et *Paulum Walpoth* de Vynnicza, cives praefatae civitatis, eo tempore, cum Fridericus et Ulricus, Ciliae comites, eam vi occupavissent, suis civibus plus quam duo milia flor. auri damna intulisse. Or.

2392 D-XIII-31 Zagrabiae 21. VIII. 1458. Tr. 18. IX. 1458. Mon. Zg. II 270, nr. 209.

2393 D-XI-83 Zagrabiae 24. VIII. 1458. Nicolaus de Vylak et Ian Bythouecz de Greben, regni Sclavoniae bani, a civitate Montis Grecensis rogati capitulo Zagrabiensi mandant, ut inquirat, num Nicolaus aurifaber et Paulus Valpoth de Vynnicza, eo tempore quo Fridericus et Ulricus, Ciliae comites, civitatem Montis Grecensis expugnaverunt, suis civibus gravissima damna intulerint. Or.

2394 D-XI-86 (Chasmae) 1. IX. 1458. Capitulum Chasmense fatetur se iuxta mandatum Mathiae regis dd. 28. V. 1458. Gregorium de Fodrovez in dominium thelonii in possessione Zlathar introduxisse. Tr. 10. X. 1464.

2395 D-VIIa-129 Segniae 5. IX. 1458. Comites de Frangepanibus privilegia civitatis Segniae confirmant. Cop. rec.

2396 D-XIII-31 (Chasmae) 18. IX. 1458. Mon. Zg. II 271, nr. 210.

2397 DV-I-70 Lesinae 19. IX. 1458. Marcus Barbaro, comes Lesinae, Caterino Vucich terrenum communis in loco Zataraç binis soldis annuatim solvendis locat. Or. cum signo not. P.

2398 D-XIII-32 (Chasmae) 1. X. 1458. Georgius, filius Mathei Briga, qui quattuordecim sessiones iobagionales in villis Paulowcz, Pozrednawez, Vaskawcz, Palchepole sitas magistro Stephano, plebano ecclesiae s. Petri de Cherzthenecz, et liberis eius fratris Pauli 100 flor. auri iam pignori obligaverat, eodem titulo ab eisdem coram capitulo Chasmensi 18 flor. supra accipit. Or.

2399 D-XII-33 Nandoralbae 1. XI. 1458. Matthias rex bano Johanni Bitovech de Greben praecipit, ut Henninghum Cernin de Zomzedwar eiusque uxorem Dorotheam in dominium possessionum Biztricze et Stophnik eis collatarum introducat. Or. S.

2400 DV-I-71 Liesnae 1. XI. 1458. Marcus Barbarus, comes Liesnae, Nicolao Paladini dua loca ad lacus pro animalibus faciendos cedit. Or. cum signo not. P.

2401 D-II-24 Zagrabiae 18. XII. 1458. Mon. Tur. I 387, nr. 322.

2402 XXI-2/11, elen. nr. 299. 1458. Ladislaus de Miketincz sessionem iobagionis in possessione Gerdinyancz Petro de Gudovcz eiusque uxori Margarethae oppignorat. Regestum.

2403 I-d-32, elen. f. 256. 1458. Iudices nobilium Zagrabienses ad rogatum Pauli, Georgii et Jacobi Orssych de Goryeza contra Bernardum de Frangepanibus, qui eorum curiam Szlavetich, foenilia et agros violenter occupavit, inquirunt. Regestum.

2404 Sermag. XLV, elen. nr. 4. 1458. Mathias rex Ludovico Lindeker eiusque uxori Elizabeth possessiones Bathina, Martiancz et Budindol in comitibus Varasdiensi et Crisiensi donat. Regestum.

2405 XXI-2/11, elen. 1, nr. 474. 1458. Georgius, filius Mathiae Brigha de Miletincz, cum sua generatione sessionem iobagionalem in villa Palchepolye Georgio et Joanni, filiis Pauli de Paulovcz, pignori obligat. Regestum.

2406 I-d-32, elen. f. 240. Crisii 1458. Sententia magistratus civitatis Inferioris Crisiensis in causa de terra et vinea quadam Ioannis Deslyn eiusque uxoris Annae Miketincz contra Ladislaum Miketicz de Miketinecz, cui ille possessiones adiudicantur. Regestum.

2407 I-d-32, elen. f. 160. Zagrabiae 1458. Georgius, filius Iacobi Magni de Lupsa et Ilonae, filiae qd. Ioannis, filii Arlandi de Ztubicza, cum Gyurkone seu Georgio, filio qd. Stephani Raska et Dorotheae, filae eiusdem Ioannis, et liberis ceterarum filiarum Arlandi pactum de defensione bonorum coram capitulo Zagrabiensi init. Regestum.

2408 D-XIII-34 Crisii 5. I. 1459. Blasius, filius Michaelis de Petrusewez, portiones silvarum terrarumque et fenilium in Megyurechye, Gradischye, Mlaka, Oztrowo inter fluvios Blizna et Welike habitos magistro Clementi, filio Galli de Bencdikoucz sive de Paulowcz, primo septem, deinde aliis septem flor. auri coram iudicibus nobilium comitatus Crisiensis pignori obligat. Or. S.

2409 D-XIII-35 (Zagrabiae) 9. II. 1459. Capitulum Zagrabiense a . . ., vidua Iohannis de Blagay, epistula invitatum ad eam socios suos ad oppidum Stenychnyak misit, qui fassionem testamenti acciperent. Quantum e documento valde exeso colligi potest agitur de castris Werbaaz et Kozara in confiniis regni habitis, pro quibus Ladislaus rex castrum Bwsyn et oppidum Lyppa comiti Martino de Frangepan assignavit. Or. P.

2410 D-XIII-39 In Greben 15. II. 1459. Banus Ian Bythowecz capitulo Zagrabiensi praecipit, ut Stanislaum Polyak, generum nobilis dominae Annae, filiae qd. Petri de Prezechna, alias viduae Gregorii litterati de eadem, nunc vero Protes Theotunici, in dominium possessionum Prezechna et Blyznafew introducat. Tr. 24. III. 1459.

2411 I d 12, elen. IV, p. 21. Posegae II. 1459. Gaspar Kastellanffy de Zentlelek dimidiam partem possessionis Paka Radivoj de Zomothyn, fratri Thomae, regis Bosnae (falso »Bohemiae«) 400 florenis auri coram capitulo de Posega pignori obligat. Regestum.

2412 D-XIII-36 Budae 8. III. 1459. Matthias rex capitulo Zagrabiensi praecipit, ut Martinum de Frangapan, qui ab Iwan de Chawa reus factus est, quod huius castrum Bwsin in comitatu Zagrabiensi habitum vi occupaverit praetendens se id tamquam suum castris Ulrici, Ciliae comitis, mutasse — ad 32. diem a die evocationis coram se in ius evocet. Or. S.

2413 D-XIII-37 Zagrabiae 14. III. 1459. Inter Margaretham, viduam Lucae castellani de Subkwwar, et fratrem Michaelem, ordinis fratrum heremitarum priorem

claustri Omnium Sanctorum in Ztresa, ab una parte et Antonium, plebanum ecclesiae s. Emerici ducis in Subkwwar fundatae, ab altera, in domo Margarethae ibidem coram notariis Blasio de Zenth-Mihal et Ladislao de Orehowecz de concordia, quae litibus inter eos finem faciat, et de fassione, quam Antonius coram capitulo Chasmensi facturus erat, sed propter aetatem provectam illo se conferre non poterat, disceptatur. Or. cum signis not.

2414 D-XIII-38 (Chasmae) 19. III. 1459. Iohannes, filius Petri dicti Weres de Gorwssa, portionem in possessione Powsyn wrh in comitatu Crisiensi habita Iohanni, filio Iva de Erwencze, 60 flor. auri coram capitulo Chasmensi vendit. Or. P.

2415 D-XIII-39 (Zagrabiae) 24. III. 1459. Capitulum Zagrabiense a bano Ian Bythowecz litteris in Greben 15. II. 1459. datis iussum Stanislaum Polyak, generum Annae, filiae qd. Petri de Prezechna, in dominium possesionum in Prezechna et Blyznafew introducit. Or. P.

2416 D-XIII-40 (Zagrabiae) 2. IV. 1459. Mon. Zg. II 272, nr. 212.

2417 D-XIII-41 Zagrabiae 14. IV. 1459. Mon. Zg. II 273, nr. 213.

2418 DV-I-72 Iadrae 16. IV. 1459. Gregorius Merganich, civis Iadrensis, fratri Nicolao de Iadra, provinciali provinciae Dalmatiae, possessionem 4 claporum vineae cum domuncula et horto ante domum in insula Bagni positam 250 parv. vendit. Cop. saec. XVII.

2419 D-XXXIV-53 (Zagrabiae) 30. IV. 1459. Georgius, filius Petri Skopthych de Myrkowcz, portionem in possessione Toplica Blasio Skertha de Borychowch coram capitulo Zagrabiensi 44 flor. auri oppignorat. Tr. 16. VII. 1559.

2420 DV-I-73 Venetiis 30. V. 1459. Pasqualis Maripetro, dux Venetiarum, querelis oratorum popularium de custodiis fiendis in civitate Catari auditis, Arsenio Duodo, comiti Catari, mandat, ut liber, in quo nomina deputatorum ad custodiam civitatis descripta sunt, nunc in manibus nobilium positus, denuo in cancellaria communis reponatur, quo facilius cuilibet rationes videre liceat. Or. P.

2421 D-XIII-42 (Zagrabiae) 18. VI. 1459. Petrus, filius qd. Georgii de Bykzaad, omnes possessiones in Drenowa, Omylia, Globochech in districtu de Marowcha, quas a Dorothea, vidua Andreae de Globochech, pignori datas habebat, Ladislao de Heyasfalwa et Byztrycza eiusque uxori Magdalenae 42 flor. auri primi pignoris spacio coram capitulo Zagrabiensi oppignorat; quos si Petrus in pacifico dominio non defenderit, decem eius sessiones iobagionales in Komynye eis occupare licebit. Or.

2422 D-XIII-43 Zagrabiae 18. VI. 1459. Bani Nicolaus de Wylak et Ian Bithouecz de Greben, apud quos Hennyngh de Zwmzedwar questus est Martinum de Frangapan dimidiam partem villae Stwpnyk vi occupasse et Hennynghi provisorem Valentinum Koz incarcerasse, capitulo Chasmensi mandat, ut rem inquirat. Tr. 27. VI. 1459.

2423 D-XIII-43 (Chasmae) 27. VI. 1459. Capitulum Chasmense banis Nicolao de Wylak et Iano Bithovecz de Greben nuntiat ex inquisitione, quam, ut a banis 18. VI. 1459. iussum erat, 22. VI. eodem anno fecit, apparere accusationem Hennynghi de Zwmzedwar contra comitem Martinum de Frangapan de occupatione dimidiae partis villae Stwpnyk veram esse. Or.

2424 D-XIII-94 Budae 25. VII. 1459. Mathias rex capitulo Chasmensi praecipit, ut Thomam, priorem Auranae, in dominium possessionis Hrezno de novo introducat et novas metas erigat. Tr. 17. IX. 1554.

2425 I d 12, elen. IV, p. 21. Budae VII. 1459. Mathias rex Gasparo Kastellanffy de Zenth-Lelek privilegium de facultate testandi possessiones Paka et Lesna concedit. Regestum.

2426 D-XIII-45 Zagrabiae 20. VIII. 1459. Bani Nikolaus de Wylak et Ian Bythowecz de Gereben, apud quos Hennyngh de Zomzedwar eiusque uxor Dorothea questi sunt castellanum castri Zamabor Hans Apprehar una cum suis hominibus iussu principissae Katharinae, viduae Ulrici, Ciliae comitis, Hennynghi villas Oressye, Zthermecz, Nowachi et Rekethya cepisse et diripuisse, capitulo Zagrabiensi mandant, ut rem inquirat. Tr. 23. VIII. 1459.

2427 D-XIII-44 Brezowiczae 21. VIII. 1459. Margaretha, vidua Benedicti, filii Petri Biskuplicz dicti de Wzudoucz, Martino, filio Barnabae de Iwanihzel, sibi in filium adoptato suam filiam Annam in matrimonium dat eumque heredem facit coram Vaganecz et Juricha, capitaneis castri Maioris Kemlek, et Nicolao, filio Petri de Pathak, comite terrestri eiusdem loci, qui praefatum Martinum in dominium introducunt. Or. P.

2428 D-XIII-45 (Zagrabiae) 23. VIII. 1459. Capitulum Zagrabiense banis Nicolao de Wylak et Iano Bithowecz de Gereben nuntiat, ex inquisitione iuxta banorum mandatu dd. 20. VIII. 1459. facta apparere accusationem Hennynghi de Zomzedwar contra Katherinam, viduam Ulrici, Ciliae comitis, veram esse. Or.

2429 D-XIII-94 (Chasmae) 25. VIII. 1459. Capitulum Chasmense a Mathia rege litteris 25. VII. 1459. datis iussum Thomam, priorem Auranae, in dominium possessionis Hrezno introducit et metas reambulat. Tr. 17. IX. 1554.

2430 D-XIII-46 Brezowiczae 18. IX. 1459. Agnes de Zlawchina eiusque maritus Marcus vineam vulgo Poztath dictam Paulo, filio Iohannis, eiusque filio Dionysio de Zlawchyna 6 flor. auri coram Benedicto, filio Gregorii de Prizechnafew, comite terrestri de Maiori Kemlek, vendunt. Or. P.

2431 D-XIII-47 Varasdini 11. X. 1459. Stephanus, filius Iohannis de Greben, comes et iudices nobilium comitatus Warasdiensis a Clemente et Benedicto, alio nomine Benchek dicto, de Mirkowcz rogati inquisitionem faciunt ex qua apparet Colomanum de Mirkowcz iam a nonnullis annis in actorum terris rubeta et virgulta exstirpare. Or.

2432 D-XIII-48 Crisii 12. X. 1459. Margaretha et Elena, filiae qd. Iohannis dicti Dwnez de Cheberkowcz, ac Georgius, filius Mathei litterati de Oresya et Luciae, filiae praefati Iohannis, dimidiam partem possessionum in Cheberkowcz Paulo, filio Blasii dicti Blagonycz et Elizabeth, filiae qd. Gregorii Doncz de Cheberkowcz, 15 flor. auri coram banis Nicolao de Wylak et Ian Bythowecz vendunt. Or. P.

2433 DV-I-74 Spaleti 12. XI. 1459. Laurentius Zane, archiepiscopus Spalatensis, Lucae Petri Balosrecii coram comite Doimo de Albertis terrenum vretenorum quatuor in Duie sub certis condicionibus locat. Cop. vid. saec. XVIII.

2434 D-XIII-49 Crisii 5. XII. 1459. Gregorius institor de Zobochyna sessinem iobagionalem in Palehepolye, quam a Georgio Briga de Myletynez 10 flor. auri pignori datam habebat, Petro, filio Georgii Symonis de eadem, eodem precio coram banis Nicolao de Wylak et Ian Bythovecz de Greben oppignorat. Or.

2435 I d 32, elen. f. 12. 1459. Anna, uxor Ioannis Deslyn, sex sessiones iobagionales, silvam et molendinum in Miketinecz et Polyana Ladislao, filio Pauli Miketich de Miketinecz coram banis Nicolao de Wylak et Ioanne Bithovecz de Greben vendit. Regestum.

2436 DV-I-75 Chersi 3. II. 1460. Antonius Struperia, filius qd. Ziramotis, a Benedicto, filio qd. Petri, nomine dotis Foriae, sororis Benedicti et uxoris Petri, filii sui, libras 370 recepisse fatetur. Or. cum signo not. P.

2437 D-XIII-50 (Zagrabiae) 18. II. 1460. Dionysius Wolko, iudex modernus in Jaztrebarzko, et Iwan Kusche, civis de eadem, nomine suorum civium a iudice et civibus Montis Grecensis 82 flor. pro bonis, quae cives Montis Grecensis ex mandato qd. Friderici comitis abstulerant, 17. II. accepisse testantur eosque coram capitulo Zagrabiensi expeditos dicunt. Or.

2438 D-XIII-51 Segniae 20. III. 1460. Nicolaus, episcopus Segniensis, sedem archipresbyteratus ecclesiae Segniensis post mortem Georgii Spalaxich presbytero Martino, filio Petri de Valle Segniae, confert. A tergo nota Croatica. Or. P.

2439 D-XIII-52 (Chasmae) 26. IV. 1460. Petrus Mykchecz de Cyrkwena, custos et canonicus Chasmensis, etiam patris Pauli et fratrum nomine, cum multae litterae falsae sub sigillis falsis confectae sint, quod malum magna facundia vituperat, quoslibet homines ignotos ab occupatione suarum possessionum vigore talium litterarum coram capitulo Chasmensi iuridice prohibet. Or.

2440 D-XIII-53 In Varasd 12. V. 1460. Catharina, Ciliae comitissa, civibus et iobagionibus sui castri Rokonok praerogativam concedit, ut porcos in silvas Radoviska Gora et Vranya ac Iessenovecz compellant et ibi nutriant, atque extraneos homines id facere vetat. Cop. vid. saec. XVIII.

2441 D-XIII-54 Crisii 31. V. 1460. Nicolaus, filius Adae de Zenthlelek, et Ladislaus de Zenche, vicebani et comites ac iudices nobilium comitatus Crisiensis, banis Iano, Zagoriae comiti, et Nicolao de Wylak nuntiant se horum mandato Petrum, filium qd. Blasii litterati de Zerdahel, in dominium tertiae partis possessionum Zerdahel et Koren introduxisse. Or.

2442 D-XIII-55 Varasdini 11. VII. 1460. Ian, comes Zagoriae et Sclavoniae banus, vicebanis et iudicibus nobilium comitatus Crisiensis praecipit, ut Petrum de Konzka in dominium possessionis Drasowcz, quam post mortem qd. magistri Viti litterati de Iunossoucz iure hereditario accipere debeat, introducant. Or.

2443 D-XIII-56 (Zagrabiae) 18. VII. 1460. Mon. Tur. I 396, nr. 326.

2444 DV-I-76 Budae 2. VIII. 1460. (Italice). Mathias Giancovich, »rex Budae« equiti Stephano Radmilovich, »Ungariae primati«, ob fidelitatem iurisdictionem civilem et criminalem una cum quibusdam privilegiis confert. Cop. falsa saec. XVIII.

2445 D-XIII-57 Krapinae 25. VIII. 1460. Ian, Zagoriae comes et Sclavoniae banus, vicebanis Ladislao de Zyncze et Nicolao Adae de Zenthlelek et iudicibus nobilium comitatus Crisiensis praecipit, ut in causa Petri de Konzka eiusque uxoris Agathae, sororis qd. magistri Viti Iwunsewcz, de bonis Iwunsewcz et Drasowcz, quae ut sibi vindicaret, Blasius Briga quasdam bani litteras extraxerat, his litteris neglectis non aliter nisi iuxta regni consuetudinem procedant. Or.

2446 D-XIII-58 Crisii 2. X. 1460. Ian, Zagoriae comes, et Nicolaus de Wylak, Sclavoniae bani, vicebanis Nicolao Adae de Zentlilek et Ladislao de Zynche et iudicibus nobilium comitatus Crisiensis praecipiunt, ut Gregorium de Hrussoucz, qui, ut Georgius, filius qd. Iohannis Repich de Kwtrynoucz, detulit, huius fratrem Ladislaum puerum octo annorum »de scholis oppidi Zdencz« excepit atque Martino Byglyn in huius castrum tradidit, bona actoris Hrussowcz, Bankoucz, Mykchowcz, Cristallouez occupavit et suppelectilem argenteam 40 flor. auri constantem, quae ei commissa erat, restituere recusavit, — admoneant, ut exponenti satisfaciat, si autem id facere nolit, in ius vocent. Or.

2447 XXI-2/11, elen. nr. 248. 1460. Petrus de Gudovcz in octo sessiones iobagionales possessionum Drasoucz et Milletincz ac in omnes portiones Ladislai Botka de Ziholak in possessione Szothethincz (?) introducitur. Regestum.

2448 XXI-2/11, elen. nr. 249. 1460. Georgius Briga de Miketincz tres sessiones iobagionales in possessione Palchepolye Benedicto de Trimecz impignorat. Regestum.

2449 D-XX-54 Cca. 1460. Fragmentum testamenti Hennyngi de Zomzedwara, qui mortuus est post 23. VIII. 1459. (D-XIII-45) et ante 31. I. 1463. (D-XIII-83). Or. mancum.

2450 XXI-2/11 (elen. nr. 490). 1460. Philomena, filia qd. Thomae de Klokocsovcz, duas sesisones in possessione Dianosovcz pignori obligat. Regestum.

2451 D-XIII-59 (Zagrabiae) 5. I. 1461. Emericus Zaaz, filius qd. magistri Iohannis de Zazowcz, possessionem Kraethyn Anthonio de Kwpyncz eiusque filio Ladislao, quibus eam iam pridem 200 flor. auri impignoraverat, supra eos ducentos aliis 60 flor. coram capitulo Zagrabiensi pignori obligat. Or.

2452 D-XIII-60 16. I. 1461. (Germanice). Jörg Tod a bano Iano e custodia dimissus fatetur se a bano iuste vinculis traditum, cum veniam impetraverit numquam aliquid contra banum ausurum neque in Sclavonia habitaturum esse. Or.

2453 D-XIII-61 Zagrabiae 21. I. 1461. Mon. Zg. II 278, nr. 218.

2454 D-XIII-62 Zagrabiae 3. II. 1461. Mon. Tur. I 398, nr. 328.

2455 D-XIII-63 Crisii 23. II. 1461. Nicolaus, filius Adae de Zenthlilek, et Ladislaus de Zinche, vicebani testantur ex inquisitione ad rogatum Pauli, filii Georgii

de Miletincz, facta apparere a iobagionibus Iwan, filii Iohannis de Iunosowcz, Gallum, iobagionem exponentis e possessione Pethowcz vi abductum et familiarem actoris Martinum graviter vulneratum esse. Or. S.

2456 D-XIII-64 (Chasmae) 19. III. 1461. Barbara, filia qd. Iohannis Herissa de Heressincz, possessionem in Felsew- et Alsow-Oressya magistro Petro de Gudoucz 140 flor. auri coram capitulo Chasmensi vendit. Or. P. S.

2457 IV d 49-5 Modrussiae 25. III. 1461. Ioannes de Frangepanibus donationem stuppae et molendini in valle Baska ab Ioanne de Frangepanibus monasterio s. Nicolai Modrussiae dd. 12. X. 1330. et donationem villae Verchricha a Nicolao de Frangepanibus factam confirmat. Cop.

2458 D-XIII-90 Warasdini 13. IV. 1461. Ianus, Zagoriae comes et banus, capitulo Chasmensi praecipit, ut Petrum de Gwdowcz in dominium possessionum Felse- et Also-Oresya introducat. Tr. 25. I. 1469.

2459 D-XIII-65 Zagrabiae 20. IV. 1461. Mon. Tur. I 403, nr. 330.

2460 D-XIII-66 Zagrabiae 20. IV. 1461. Mon. Tur. I 404, nr. 331.

2461 D-XIII-67 Crisii 9. V. 1461. Ian, Zagoriae comes, et Nicolaus de Wylak, Sclavoniae bani, a Martino, filio qd. Stephani litterati de Raven, rogati transumunt litteras Barbarae reginae 23. VI. 1423. Stephano Chupor datas, quibus antiquum privilegium de exemptione possessionis Gozthenoucz a solutione mardurinarum iam a Carolo rege datum confirmavit. Or.

2462 D-XIII-69 Budae 15. V. 1461. Mathias rex capitulo Chasmensi praecipit, ut in causa viduae Ilko et Elisabeth, filiae qd. Demetrii de Zerdahel, contra Nicolaum Mykchecz de Cirquena, Petrum Symonis de Myletincz et Petrum, filium Blasii de Koren, de possessionibus Werh, Pethernye et Korench violenter occupatis et de aliis iniuriis mota inquisitionem faciat. Tr. 13. VIII. 1461.

2463 D-XIII-90 (Chasmae) 1. VI. 1461. Capitulum Chasmense a bano Iano litteris 13. IV. 1461. datis iussum Petrum de Gwdowcz in dominium possessionum Felse- et Also-Oresya introducit. Tr. 25. I. 1469.

2464 D-XIII-68 Zagrabiae 10. VIII. 1461. Mon. Tur. I 406, nr. 333.

2465 D-XIII-69 (Chasmae) 13. VIII. 1461. Capitulum Chasmense litteris a Mathia rege 15. V. 1461. datis iussum in causa dominarum Ilko et Elisabeth, filiae qd. Demetrii de Zerdahel, contra Nicolaum Mykchecz de Cirquena, Petrum Symonis de Myletincz et Petrum Blasii de Koren, de violenta occupatione quarundam possessionum et aliis iniuriis mota inquisitionem facit, ex qua apparet Petrum Blasii revera petitoribus iniurias intulisse, sed iure possessiones occupavisse. Or.

2466 D-XIII-70 Vegiae 20. X. 1461. Ioannes de Franchapanibus Paulum, filium qd. Iohannis Zubranich de Crovatia ob fidelia officia de omnibus oneribus modo antiquorum nobilium Vegliensium liberat et 12 ducatos, 5 libras cum dimidia quotannis usque ad mortem confert. Cop. saec. XVII.

2467 B II Na-14 In Neresi 26. X. 1461. Marcus de Molino, comes Brattiae, dimensionem pascuorum Cressi de Fumatis, de quibus lis mota est, approbat. Cop. saec. XVII.

2468 D-XIII-71 In Hraschina 24. XI. 1461. Stephanus de Greben, comes Barosdiensis, se 70 flor. auri, quos Petro de Kwnczka sub pignore villae Tschanya dederat, recepisse testatur. Or. S.

2469 D-XIV-55 (Chasmae) 30. XI. 1461. Paulus Myckchecz ceterique iudices et arbitri causam Annae, filiae Michaelis de Rawen, et uxoris Ladislai, filii Herman Gerebeny de Heresyncz, contra alios filios dicti Michaelis ad curiam regis transferunt. Tr. 30. XI. 1485 per summa capita.

2470 D-XIII-92 30. XI. 1461. In causa Annae, filiae qd. magistri Michaelis de Rawen et uxoris Stephani Pose de Zenthgywrgh contra eius fratrem Stephanum de iure femineo in possessionibus Bablyak, Kozthanowch et Korygowcz mota Paulus Mickhecz de Czyrquenna aliique arbitri actionem petitori diiudicant. Tr. 5. I. 146..

2471 XXI-2/1, nr. 46. 1461. Andreas, filius Philippi, ac Stephanus, filius Nicolai, nobiles de Javor districtus Zagorje. Thomae, filio Gregorii de Javor portionem Arpenie pignori obligant. Regestum.

2472 D-XIII-72 Strigonii 10. II. 1462. Matthias rex Iohanni et Sigismundo, comitibus de Bozyn et de S. Georgio, atque Georgio, comiti de Bozyn, permittit, ut in eorum bonis auri et argenti fodinas atque alia metalla instruant. Or. P.

2473 B II Nc-5 In Nerezi 2. III. 1462. Mutatio bonorum inter Matheum Nisetich ab una ac Simonem Cubretich parte ab altera, qua ille huic terrenum in Pozageni dolaz ac tertiam partem terreni in Smocovic possidendum permittit, hic vero illi sextam partem terreni Scigne gnive et tertiam partem terreni Tusto cello remittit. E libello Petri Nixae Nisetich.

2474 D-X III-75 (Zagrabiae) 10. III. 1462. Magister Georgius et Iohannes, plebanus ecclesiae s. Trinitatis de Glawnicza, filii qd. Iohannis Kordus de Omilya, omnes possessiones in Omilya et Nyakasoucz in districtu de Maroucha Ladislao, filio Stephani de Heyaffalva sive Biztricza 700 flor. auri coram capitulo Zagrabiensi vendunt. Tr. 26. V. 1462.

2475 B II Nc-5 In Nerezi. 12. III. 1462. Marinus Matievich de Culmatio Superiore terras suas cum duabus domunculis in loco Zapatna sub Coprivize in districtu Dubravize sitas Matheo Nisetich de Dubraviza libris 12 et 10 animalibus femininis vendit. E libello Petri Nixae Nisetich.

2476 D-XIII-73 (Chasmae) 13. III. 1462. Georgius, filius qd. Mathei Briga de Miletincz, omnes possessiones, quas a Paulo, filio qd. Frank, Michaele Horwath, Martino qd. Emerici Wanczek, et a filia Nicolai, filii eiusdem Emerici de Klokothoucz, hereditate accepturus est, magistro Petro de Gudoucz eiusque filio Iohanni 80 flor. auri coram capitulo Chasmensi vendit. Or.

2477 D-XIII-74 In Novi 14. V. 1462. Martinus de Frangepanibus, qui claustrum b. Virginis sub Novi in episcopatu Modrussiensi aedificavit et fratribus eremitis s. Pauli donavit, qui cum reditus non habeant, eis archipresbyteratum in Busan post mortem Demetrii Mermonya confert. Cop. saec. XVII.

2478 D-XIII-75 Budae 26. V. 1462. Mathias rex venditionem possessionum filiorum Iohannis Kordus de Omilya Ladislao de Heyaffalva sive de Biztricza 10. III. 1462. coram capitulo Zagrabiensi factam iure regio adiecto confirmat. Or. P.

2479 Privil. 19 Budae 29. V. 1462. Cop. vid. 1832. Kuk. Jura reg. I 206, nr. 141.

2480 Privil. 20 Budae 31. V. 1462. Cop. vid. 1832. Kuk. Jura reg. I 207, nr. 172.

2481 B II Nc-5 In Dubravize 2. VI. 1462. Mutatio bonorum inter Margaretham Francisci Milcich, uxorem Berei Slatkovich, ab una ac Matheum Nisetich parte ab altera, qua illa huic tres vallicellas sub Celze in Lonanz possidendas concedit, hic vero illi quoddam terrenum additis duobus bubus remittit. E libello Petri Nixae Nisetich.

2482 B II Nc-5 Brattiae 7. VI. 1462. Marcus de Molino, comes Brattiae, Matheo Nisetich ut puteo in Zirie fruatur concedit. E libello Petri Nixae Nisetich.

2483 D-VIIa-129 Brignis 27. VI. 1462. Comites de Frangepanibus post mortem patris eorum Nicolai bani privilegia et metas civitatis Segniae confirmant. Cop. rec. (2 cop. rec. eiusdem tenoris in D-XIII-76, quarum una contracta est.)

2484 D-XIII-77 Budae 20. VII. 1462. Symon Konde de Wyfalw, castellanus castri Gezthes, etiam Georgii de Kurina etc. nomine, contra quos Anthonius de Bak, aulicola regius, et Iohannes Erenst, civis Budensis, causam de furto moverunt postquam duellum adiudicatum erat, coram Mathia rege pacem et amicitiam actoribus promittit. Or. S.

2485 D-XIII-78 Zagrabiae 2. VIII. 1462. Mon. Tur. I 418, nr. 339.

2486 D-XIII-79 In Szentlewrincz 11. VIII. 1462. Thomas, prior Auranae, Laurentio Parvo de Gybarth, castellano suo in Crasso, et ceteris castellanis praecipit, ut piscinam quandam usque ad fossatum vulgo Smako dictum Iohanni, litterato de Radowan, restituant. Or. S.

2487 D-XIII-89 Clisyae. 13. IX. 1462. Paulus, comes Cetinae et Clisyae, Dalmatiae et Croatiae banus, litteras universitatis Clisyensis a Marco Santhycz illegitime confectas et sigillo ipsius universitatis furtim roboratas cassat et testamentum Iurichae Wlkotenich, qui partem domus et possessionis ecclesiae legaverat, confirmat. Litterae Pauli »in littera et lingua Bulgarica« confectae die 21. XII. 1464. in lingua Latina translatae sunt.

2488 D-XIII-80 (Chasmae) 24. IX. 1462 Ladislaus Anthonii de Koren possessiones Plawnycza-Zenth-Benedek et Kathyncz magistro Petro de Gudowcz et Blasio Briga de Iakozerdahel 315. flor. auri coram capitulo Chasmensi pignori obligat. Or. S.

2489 D-XIII-81 Zagrabiae 5. X. 1462. Ianko de Mykchowch, comes Campi Zagrabiensis, et Iohannes Iagnych de Superiore Lukawecz, comes terrestris eiusdem Campi, a Briccio, filio Georgii quondam suppani Campi Zagrabiensis, rogati iobagiones nominatim indicatos inquirere iubent, utrum sessio quaedam iobagionalis in Korilowecz ab antiquo iam Briccii an Pauli de Ternowecz sit. Or.

2490 D-XIII-82 Crisii 16. X. 1462. Petrus de Konzka octo sessiones iobagionales in possessione Herborthya, quas pignoris et aliis titulis possidebat, Georgio Hungaro de Pechkereh, civi civitatis Crisiensis, 70 flor. auri coram banis Iano et Nicolao pignori obligat. Or. S.

2491 DV-I-77 Jadrae 23. XI. 1462. Benedictus de Gallelis Nadalino de Pechiaro petiam agri cum oliveto inter villam Stomorino Sello et villam monasterii s. Grisogoni iuxta publicum instrumentum dd. 17. VIII. 1461. de permutatione unius magazeni cum dicta petia terrae 40 ducatis auri cedit. Or. cum signo not. P.

2492 D-XIII-83 Zagrabiae 31. I. 1463. Dorothea, vidua Hennynghi de Zomzedwar, coram banis Iano et Nicolao protestatur suam possessionem Biztriche post obitum Andreae, filii Stephani de eadem, ab Ulrico, Ciliae comite, vi occupatam, deinde utrique Nicolao de Wyzakna sessam, ab his postea Ladislao Stephani de Hefalwa et genero alterius Georgio de Parlyagh donatam esse. quare eos a donatione et occupatione dictae suae possessionis iuridice prohibet. Or.

2493 D-XIII-93 (Zagrabiae) 14. II. 1463. Laurentius et Nicolaus Iwkovich de Petsh possessionem Senkovecz prope castrum Ozal sitam Mauritio Nolinger coram capitulo Zagrabiensi 80 flor. auri vendunt. Tr. 1. VI. 1521.

2494 D-III-56 In Tholnawar 16. III. 1463. Mathias rex ad rogatum Pauli Radowanych de Neblwzy et Simonis de Krysanyk litteras 19. X. 1324. datas, quibus Karolus rex filios de genere Nebluch sub speciali protectione accepit et litteras Trinchinii 27. XII. 1425. datas, quibus Sigismundus rex capitulo Trininiensi praecepit, ut Paulum et Radich dictos Bobanich in possessionem Dolan introduceret, nec non litteras capituli Tininiensis 15. VI. 1426. datas, quibus regem de introductione facta certiorem fecit, denuo confirmat. Or. P.

2495 D-XIII-84 Tholnae 17. III. 1463. Frater Michael, prior conventus fratrum eremitarum de Streza, ab una et magister Petrus de Gwdovcz ac Blasius Briga de Iakozerdahel ab altera parte, coram Ladislao de Palocz, iudice curiae regiae, concordia per ordinationem et dispositionem proborum virorum facta constituunt, ut omni lite sopita tres sessiones iobagionales in Bikalya et silva in Ilyncz fratri Michaeli, quae duae sessiones alteri parti obtingant, tres equi, vestimenta, res et bona ablata aut eorum pretium a Petro et Blasio restituantur; qui si id ad 10. IV. 1463. non fecerint, 25 marcis convincantur. Or. S.

2496 DC-I-7 et 8 (Croatice) In Ottochacz 31. III. 1463. Mathias rex conventui s. Nicolai in Guozd possessionem iobagionis Swicha, duo molendina et serram. quae comes Sigismundus occupavit, remittere promittit. 2 cop. transumpti 10. VI. 1471. S. 267, sub nro. 167, qui hoc documentum anno 1466. attribuit.

2497 D-XIII-93 In Ozel 29. IV. 1463. Mauritius Nolinger, qui Bartholomeum de Frangepan Hierosolimam ad sepulcrum Christi visitandum secutus est, exinde ad Mathiam Domynich, castellanum castri Ozel, scripsit villam Senkowecz ecclesiae et claustro eremitarum in Kamenszka legavisse, quam villam Mathias

nunc coram Stephano de Marchiis, notario in castro Ozel, eremitis tradit. Tr. 1. V. 1521.

2498 D-XIII-95 In Bath Monostra 18. V. 1463. Mathias rex capitulo Chasmensi praecipit, ut banum Ianum Bithowecz de Greben in dominium comitatus Zagoriae introducat. Tr. 6. VII. 1559.

2499 DV-I-78 Braciae 30. V. 1463. Tisbia, uxor Iohannis Martinich, nobilis Iadrensis, cum consensu sui mariti coram Nicolao, comite Braciae, sua sponte contradictionem contra donationem unius loci in civitate nova Farrae 17. X. 1459. a heredibus qd. Petri de Qualis Paulo Paladino, archidiacono Farrensi, factam revocat. Or. cum signo not. P.

2500 DV-I-79 Sibenici 20. VI. 1463. Testamentum Christinae, Thomae Gerbafçich viduae. Or. cum signo not. P.

2501 DC-I-4 In Modruss 4. VII. 1463. (Croatice) Apay Likonich a capitulo Modrussiensi petit, ut ab obligationibus erga ecclesias s. Mariae in Modruss et s. Nicolai in Gnozd eximatur. Cop. Š. 234, nr. 141.

2502 D-XIII-95 (Chasmae) 9. X. 1463. Capitulum Chasmense a Mathia rege litteris 18. V. 1463. datis iussum banum Ianum Bythowecz de Greben in dominium comitatus Zagoriae ei a rege donati introducit. Tr. 6. VII. 1559.

2503 D-XIII-85 Crisii 17. XI. 1463. Martinus qd. Emerici de Klokothoucz duas sessiones iobagionales desertas in possessione Mykwlynez et quasdam alias terras Paulo litterato Thersek dicto de Gathaloucz eiusque uxori 15 flor. auri coram banis Iano et Nicolao pignori obligat. Or. S.

2504 D-XII-87 Zagrabiae 5. XII. 1463. Mon. Tur. I. 425, nr. 345.

2505 D-XIII-86 Zagrabiae 5. XII. 1463. Mon. Tur. I 426, nr. 346.

2506 D-V- 57 In Jaycza 13. XII. 1463. Mathias rex litteras Petri de Thallowcz bani 24. VI. 1444. ac Iohannis de Hwnyad 13. X. 1446. in causa de quibusdam possessionibus in comitatu Tininiensi datas transumit et confirmat. Tr. 14. VIII. 1489.

2507 D-XIII-98 In civitate Jaicza 13. XII. 1463. Mathias rex Ioanni, filio olim Pauli Chubretich de Verhlika, omnes Valachos de genere Thulich in possessionibus ipsius in districtu Verhlika degentes tradit. Cop. saec. XIX.

2508 D-XIII-87 (Chasmae) 19. XII. 1463. Nicolaus Baba, castellanus castri Bela, nomine prioris Auranae ante capitulum Chasmense Gregorium et Ulricum, filios qd. Johannis Wragh de Maryssowcz, ab occupatione cuiusdam silvae ad castrum Bela spectantis iuridice prohibet. Or. S.

2509 DV-I-80 Venetiis 30. XII. 1463. Christophorus Mauro, dux Venetiarum, ad rogatum civitatis Catari nonnulla statuta concedit, quae priusquam publicentur a doctoribus Paduae corrigantur. Or. P.

2510 DC-I-5 (Croatice) 1463. Nota ex libro capituli de redditibus quarundam domorum locatarum. Cop. saec. XVIII.

2511 I d 32, elen. f. 10. 1463. Martinus de Frangapanibus villam Szlavetich ad castrum Lipovcz pertinentem Fabiano, filio qd. Valentini Dragachich, vendit. Regestum.

2512 I d 170, sub K. 1463. Nicolaus Mikchehecz duas sessiones desertas in Nagy-Kemlek Michaeli Kazmer 12 flor. pignori dat. Regestum.

2513 DV-I-81 Venetiis 14. I. 1464. Christophorus Mauro, dux Venetiarum, ad rogatum Dabisini qd. Mergis de Cataro Paulo de Priolis, comiti Catari, mandat, ut ducati 60 ratione provisionis eius quam primum a camera fiscali solvantur. Or. P. S.

2514 D-XIV-1 Chasmae 17. I. 1464. Mon. Zg. II 287, nr. 230.

2515 D-XIV-2 Chasmae 17. I. 1464. Mon. Zg. II 286, nr. 229.

2516 D-XIV-3 Zagrabiae 18. I. 1464. Dorothea, vidua Hennyngi de Zwmzedwar, cum certior facta sit Georgium de Parlyagh fassione Nicolai de Wyzaknya abusum a Mathia rege Dorotheae possessionem Biztricham dolose obtinuisse, per Ladislaum, filium Pauli de Mikethynez, ante banos Ianum et Nicolaum intercessionem facit. Or. S.

2517 D-XIV-4 In Dombro 26. I. 1464. Mathias rex litteras Andreae Kreyger de Kreyg, capitanei castri Costhel, »in Thewthunicali idiomate scriptas« confirmat, quibus hic Bartholomeo Wogrinych de Pregrada sex sessiones iobagionales in Gorycza, Koztellyn, Zrednyawetz, Wyzermancz atque molendinum in fluvio Koztellina in possessione Podgoria ea condicione donavit, ut pro salute animarum comitum Ciliae singulo anno ecclesiae b. Mariae in Pregrada novem pensas denariorum solveret et octo missas peragi faceret. Or. P.

2518 D-XIV-5 (Chasmae) 27. I. 1464. Dorethea, vidua Hennyngi de Zomzedwar, per Petrum Chernkowcz coram capitulo Chasmensi Mathiam regem iuridice prohibet, quominus possessionem Biztriczam donet, et Georgium de Parlagh, quominus eam impetret. Or.

2519 D-XI-88 (Chasmae) 27. I. 1464. Capitulum Chasmense Georgium Parlagh et Gregorium Bradach a violenta occupatione bonorum in Biztrichya prohibet. Tr. 17. II. 1513. tantum per summa capita.

2520 D-XI-88 (Zagrabiae) 28. I. 1464. Dorothea, vidua Nicolai Hennynghi, Georgium Parllagh et Gregorium Bradach a violenta occupatione suorum bonorum in Biztrichya coram capitulo Zagrabiensi iuridice prohibet. Tr. 17. II. 1513. tantum per summa capita.

2521 D-XIII-97 31. III. 1464. Mathias rex ad rogatum bani Iani litteras suas dd. 18. V. 1463. novo sigillo confirmat et litteras capituli Chasmensis dd. 9. X. 1463. transumit. Tr. 21. X. 1567.

2522 D-XIV-6 In Alba Regali 3. IV. 1464. Mathias rex capitulo Zagrabiensi mandat, ut Ladislaum, filium qd. Pauli Mykethych de Mykethyncz in dominium possessionum Mykhethyncz aliter Obres et Goricza et partis possessionis Polyanae, ab eo recaptivatarum, introducat. Tr. 27. IV. 1464.

2523 II d 108 6. IV. 1464. Mathias rex libertates nobilibus et baronibus regni a Lodovico rege 11. XII. 1351. et a Sigismundo rege 8. IV. 1435. concessas confirmat et quasdam novas addit. Cop. coaevis.

2524 D-XIV-14 Budae 13. IV. 1464. Mathias rex Benedicto de Thurocz, ianitorum regalium magistro, possessionem Liwdbreg, quae a qd. Georgio, filio Iohannis de Liwdbreg, eidem Benedicto obligata per defectum seminis ad coronam devoluta erat, simul cum iure regio, sicut iam aliis litteris datis Iayczae in regno Boznae fecerat, donat. Tr. 27. VII. 1464.

2525 D-XIV-14 Budae 13. IV. 1464. Mathias rex capitulo Chasmensi mandat, ut Benedictum de Thurocz in dominium possessionis Liwdbreg introducat. Tr. 29. VI. 1464.

2526 D-XIV-61 Budae 23. IV. 1464. Mathias rex introductionem Petri de Gudowcz in dominium bonorum ... peractam approbat. Or. valde exesum. P.

2527 D-XIV-5 (Zagrabiae) 27. IV. 1464. Capitulum Zagrabiense testatur se a Mathia rege 3. IV. 1464. iussum Ladislaum, filium qd. Pauli Mykethych de Mykethyncz, in dominium possessionis Mykethyncz aliter Obres et Goricza et partis possessionis Polyanae introduxisse. Or. P.

2528 DV-I-82 Venetiis 28. IV. 1464. Christophorus Mauro, dux Venetiarum, comiti Catari Paulo de Priolis mandat, ut supplicationem nomine Natalis Paltasich doctoris dominio suo porrectam diligenter examinet et cum opinione sua remittat. Or. P.

2529 D-XIV-7 Crisii 13. V. 1464. Gregorius, filius Pauli Paulakoych, tres stateras vulgo pozthati dictas Cosmae, filio Thomae, iobagioni Mathei Kusther de Zentherney, tribus flor. auri coram Anthonio, iudice Novae Superioris civitatis Crisiensis, vendit. Or. P.

2530 D-XIV-8 Zagrabiae 21. V. 1464. Mon. Tur. I 428, nr. 348.

2531 D-XIV-9 Zagrabiae 21. V. 1464. Mon. Tur. I 427, nr. 347.

2532 D-XIV-10 (Chasmae) 22. V. 1464. Gallus Wytesich de Kamariamellike, cum certior factus sit Benedictum, filium qd. Ladislai dicti Powsa de Tapolcza-Zenthgergh eiusque sororem Katharinam portionem possessionariam qd. Stephani

dicti Bachich, Galli fratris, iam pridem iniuste appropriatam vendere vel impignorare velle, apud capitulum Chasmense intercessionem facit. Or.

2533 D-XIV-11 Budae 31.V. 1464. Mathias rex Benedicto, filio qd. Stephani, et Simoni ac Georgio, filiis qd. Nicolai, omnibus Bekouich dictis de Tharnowcz, pro eorum meritis possessiones Tharnowcz et Polyana iam a maioribus eorum possessas novae donationis titulo confert. Or. P. S.

2534 D-XIV-16 Budae 31. V. 1464. Mathias rex capitulo Zagrabiensi mandat, ut Benedictum, filium qd. Stephani, atque Simonem et Georgium, filios qd. Nicolai, omnes dictos Bekoych de Thernowcz, in dominium possessionum Thernowcz et Polyana introducat. Tr. 4. X. 1464.

2535 D-XIV-13 Budae 10. VI. 1464. Ladislaus de Palocz, iudex curiae regiae, capitulum Chasmense inquirere iubet, num Benedictus de Thurocz eiusque filius Georgius missis Iohanne Lausingar de Capella, castellano castri Bellecz, et nonnullis familiaribus curiam Komor occupaverint eiusque dominos Ladislaum, Georgium et Iohannem, filios qd. Benedicti, vi eiecerint. Tr. 24. VI. 1464.

2536 D-XIV-12 Budae 13. VI. 1464. Mathias rex Iohanni, filio qd. Stephani Beka de Rakonok, qui in bellis Iohannis de Hunyad in Rascia contra Turcas et rebelles gestis se fidelissimum et fortissimum praestitit atque regi ipsi in coronatione adfuit, eiusque uxori Margarethae et filiae Julianae possessionem Belovarcy in comitatu Crisiensi habitam, quae per defectum seminis Elizabeth et Dorotheae, filiarum Iohannis Bekae, ad regem devoluta est, novae donationis titulo confert. Or. P.

2537 D-XIV-15 Budae 13. VI. 1464. Mathias rex capitulo Chasmensi mandat, ut Iohannem, filium Stephani Beka de Rakonok, eiusque uxorem Margaretham et filiam Iulianam in dominium possessionis Belovarcy introducat. Tr. 31. VII. 1464.

2538 D-IX-81 14. VI. 1464. Mathias rex privilegium claustris fratrum s. Pauli a Sigismundo rege 8. IX. 1425. concessum et a Ladislao rege 15. XII. 1454. confirmatum denuo sancit. Tr. 21. V. 1493.

2539 D-XIII-96 (Chasmae) 21. VI. 1464. Capitulum Chasmense ad rogatum Iani, comitis Zagoriae, litteras suas dd. 9. X. 1463. transumit. Tr. 6. VII. 1559.

2540 D-XIV-13 (Chasmae) 24. VI. 1464. Capitulum Chasmense banis Emerico de Zapolya et Nicolao de Wilak nuntiat ex inquisitione iuxta mandatum Ladislai de Palocz, iudicis curiae regiae, dd. 10. VI. 1464. facta apparere accusationem filiorum qd. Benedicti de illegitima occupatione curiae Komor contra Benedictum de Thurocz eiusque filium Georgium veram esse et reos in ius evocatos esse. Cop. vid. saec. XVIII.

2541 D-XIV-14 (Chasmae) 29. VI. 1464. Capitulum Chasmense a Mathia rege 13. IV. 1464. iussum Benedictum de Thurocz in dominium possessionis Lywdbreg introducit. Tr. 27. VII. 1464.

2542 D-XIV-14 27. VII. 1464. Mathias rex a Benedicto de Thurocz, ianitorum regalium magistro, rogatus litteras suas de donatione possessionis Lywdbreg 13. IV. 1464. editas atque litteras capituli Chasmensis de introductione 29. VI. 1464. editas transumit et confirmat. Or. P. S.

2543 D-XIV-15 (Chasmae) 31. VII. 1464. Capitulum Chasmense testatur se iuxta mandatum Mathiae regis dd. 14. VI. 1464. Iohannem Beka de Rakonok eiusque uxorem Margaretham et filiam Iulianam in dominium possessionis Belovarcy introduxisse. Or. P.

2544 I d 12, elen. IV, p. 21. VII. 1464. Cives Varasdinenses testantur possessiones Herk, Velkovecz, Goriczam et Zbel Ladislai eiusque filii Balthasaris Herk non ocupavisse. Regestum.

2545 DC-I-6 9. VIII. 1464. Š. 239, nr. 145.

2546 D-XIV-16 (Zagrabiae) 4. X. 1464. Capitulum Zagrabiense testatur se iuxta mandatum Mathiae regis dd. 31. V. 1464. Benedictum, filium qd. Stephani, atque Simonem et Georgium, filios qd. Nicolai, omnes dictos Bekoych de Ther-

nowcz, in dominium possessionum Thernowcz et Polyana introduxisse. Or. P. = Tr. 27. III. 1464.

2547 D-XI-86 10. X. 1464. Mathias rex a Gregorio, filio Gregorii de Fodroucz, rogatus bina privilegia sua 28. V. 1458. eidem data ac litteras capituli Chasmensis de eiusdem introductione 1. IX. 1458. editas transumit et confirmat. Cop. vid. saec. XVIII.

2548 D-XIII-88 (Chasmae) 11. XI. 1464. Capitulum Chasmense privilegium Mathiae regis Paulo et Nicolao Mykchecz de Czyrkwennya 6. V. 1458. collatum transumit. Or.

2549 D-XIII-89 (Tininii) 21. XII. 1464. Capitulum Tininiense a fratre Luca ordinis minorum, custode custodiae de Cetina, rogatum litteras qd. Pauli, comitis Cetinae et Clysiae. Dalmatiae et Croatiae bani, »in littera et lingua Bulgarica« 13. IX. 1462. de testamento Jurichae Vlkorenich datas »in litteram et linguam Latinam quam melius potuit« vertit. Or. P.

2550 D-XIV-17 Segedini 21. XII. 1464. Mathias rex banis Sclavoniae, dicatoribus atque collectoribus proventuum regis mardurinalium praecipit, ne proventus mardurinales exigant de populis et iobagionibus Fabiani Dragachych de Othok, quod facere voluerunt, quamquam eos rex Fabiano relaxaverat. Or. S.

2551 D-XIV-18 Szegedini 26. XII. 1464. Mathias rex a fratre Stephano ordinis s. Pauli eremitae de claustro b. Annae in Dobrakutya rogatus possessiones Doselencz et Mattheoucz atque portiones possessionarias in Graberia, Brezancz et Petryancz eidem claustro nova donatione confert, quod omnes litterae de eis possessionibus incendio haustae sunt. Cop. vid. saec. XVIII.

2552 I d 170, sub 0. 1464. Mathias rex Ludovico Lendikar possessiones Bathina, Martianecz et Budindol (com. Varasd.) nova donatione confert. Regestum.

2553 XXI-2/11 elen. 1., nr. 466. 1464. Matheus Briga de Miletincz quinque sessiones iobagionales in villis Pavlovcz et Palche polye Petro de Gudovcz pignori obligat. Regestum.

2554 D-XIV-19 Zagrabiae 2. II. 1465. Mon. Zg. II 295, nr. 238.

2555 I d 12, elen. IV, p. 21 21. II. 1465. Mathias rex privilegium a. 1449. disturbationum temporibus deperditum renovat, quo nobiles Gerecz in comitatu Crisiensi a mardurinis liberantur. Regestum.

2556 DV-I-83 Jadrae 27. II. 1465. Lucas Mauro, comes et vicecapitaneus Jadrae, ex concessione dominationis ducalis de possessionibus monasterii s. Francisci de Jadra ad publicum incantum vendendis hortulum monasterii in contrata s. Cosmae et Damiani Nadalino Pechiaro 100 libris parvorum vendit. Or. P.

2557 D-XIV-52 Budae 28. II. 1465. Mathias rex Nicolao, Benedicto, Stephano et Ladislao, filiis Pauli Rybich de Ialsofalwa, possessionem Fylethyncz, quae ob defectum seminis Ladislai litterati de Fylethyncz ad regem devoluta est, donat et capitulo Zagrabiensi praecipit, ut eos in eius dominium introducat. Tr. 27. IV. 1467.

2558 D-XIV-22 Budae 4. III. 1465. Mathias rex capitulo Chasmensi praecipit, ut fratres eremitas claustri b. Annae in Dobra Kutya in dominium possesionum Doselencz et Mathevcz ac portionum in Graborya (com. Cris.), Brezancz et Peteryancz (com. Verőcze) et vinearum in promontoriis Felső-Soploka et s. Mihaly, quas eis nova donatione contulit, introducat. Tr. 25. IV. 1465.

2559 D-XIV-20 Zagrabiae 11. III. 1465. Mon. Zg. II 298, nr. 240.

2560 D-XIV-21 Zagrabiae 1. IV. 1465. Mon. Tur. I 430, nr. 351.

2561 DV-I-84 Jadrae 10. IV. 1465. Donatus de Cressana coram Cressio de Galellis, iudice examinatore, confitetur se a Gregorio de Ciualellis, commissario testamenti qd. Marci de Ciualellis, ducatos 35 auri a testatore Elenae, filiae suae, relictos recepisse. Or. cum signo not. P.

2562 D-XIV-26 In Maiore Kemlek 13. IV. 1465. Bani Emericus de Zapolya et Nicolaus Wylak capitulo Zagrabiensi praecipiunt, ut in causa Margarethae, viduae Iohannis litterati Baranych de Belovarcz, contra Dorotheam, viduam qd. Geor-

gii, filii Iwanowych de Brezowitza, apud quam certam pecuniam reposuit, sed eam non restituit, et contra Blasium Briga de Iakozerdahel et Stephanum de Sithomerye, qui possessiones petitoris vi occupaverunt, inquisitionem faciat et reos in ius evocet. Tr. 20. VI. 1465.

2563 Jelačić XI. libellus 22. IV. 1465. Bartholomeus de Frangepanibus coram capitulo Zagrabiensi promittit se bona Dorotheae Hennyngh, nunc suae uxoris, pro liberis eius bene conservaturum esse. Cop. saec. XVIII.

2564 D-XIV-36 Budae 22. IV. 1465. Mathias rex capitulo Chasmensi praecipit, ut magistrum Petrum de Gwdowcz in dominium possessionis Felse- et Also- Heresya, quam Petrus a Barbara, filia Iohannis Herissa de Herissincz, 140 flor. auri emerat, introducat. Tr. 22. I. 1466.

2565 D-XIII-90 Budae 22. IV.1465. Mathias rex transumit litteras capituli Chasmensis dd. 19. III. 1461. et litteras eiusdem capituli dd. 1. VI. 1461. de introductione Petri de Gwdowcz in dominium possessionum Felse- et Also- Oresya a bano Iano, Zagoriae comite, litteris 13. IV. 1561. datis iussa, quae quidem litterae Petro omne ius regium conferunt. Tr. 25. I. 1469.

2566 D-XIV-22 (Chasmae) 25. IV. 1465. Capitulum Chasmense a Mathia rege 4. III. 1465. iussum fratres eremitas claustri b. Annae in Dobra Kutya in dominium quarundam possessionum introducit. Cop. vid. saec. XVIII.

2567 D-XIV-23 Quinqueecclesiis 30. IV. 1465. Dorothea, filia qd. Iohannis senioris Ketzer de Radwan, coram capitulo Quinqueecclesiensi intercessionem contra Emericum de Pechke facit, qui a Ladislao de Palocz, curiae regiae iudice, restitutionem portionis piscinae prioratus Auranae Wytho alio nomine Holthdra sibi et Georgio de Mathwtina obtinuerat. Or.

2568 DV-I-85 Venetiis 2. V. 1465. Christophorus Mauro, dux Venetiarum, Aloysio Bono, comiti Cathari, oratores populi in lite cum Lusticensibus Venetiis in patriam redire notum facit. Or. P. S.

2569 Privil. 21 9. V. 1465. Mathias rex decretum a Ladislao rege de mardurinis exigendis 19. II. 1457. datum et a se 22. V. 1458. confirmatum denuo sancit. Cop. vid. 1832.

2570 D-XIV-27 Budae 10. V. 1465. Mathias rex, coram quo Nicolaus, filius Adae de Szenthlelek, et Ladislaus de Greben de quibusdam novis consuetudinibus questi sunt, nobilibus regni Sclavoniae concedit, ut more antiquo protonotarium, qui sigillum autenticum banatus apud se servet, eligant et pro litteris in curia regis edendis dimidiam pretii partem solvant, iusiurandum adiudicatum in sede iudiciaria tempore celebrationis octavarum iurent, ne quis eorum in curiam regis immediate evocetur, causa infidelitatis excepta, nisi prius causa in regno mota sit, neve comites »protonotariales« ad evocationes vel inquisitiones vel alia negotia exequenda a banis nisi de sede iudiciaria missi exeant. Tr. 23. VI. 1465.

2571 D-XIV-24 (Zagrabiae) 18. V. 1465. Stephanus, filius qd. Blasii Papich de Zenth Iwan districtus de Marwcha, cum tres florenos auri, quos eius pater et quatuor pensas denariorum Wiennensium, quas ipse a Iohanne, filio Emerici de Malchowcz, mutuas acceperat, restituere non possit, huic eo pretio terram Loka penes Malchewcz coram capitulo Zagrabiensi vendit. Or. P.

2572 IV d 49, 6 Vegiae 20. IV. 1465. Nicolaus, episcopus Veglensis, concessioni ecclesiae seu capellae s. Hieronymi in contrata Chray, quam Andreas Apriça, plebanus Mokriscensis, a Johanne de Frangepanibus consecutus est, annuit. Or. P.

2573 D-XIV-60 In Flumine s. Viti 4. VI. 1465. Michael qd. Georgii de Berberio monasterio s. Augustini tertiam partem cuiusdam domus coram notario vendit. Or. mancum cum signo not. P.

2574 D-XIV-25 Budae 15. VI. 1465. Benedictus Thuroczy de Vidarstelcz, ianitorum regis magister, eiusque filius Georgius ab una et Georgius, Ladislaus, Iohannes, filii Benedicti de Nassenye, ab altera parte, coram Mathia rege compositionem faciunt, qua partem possessionis Komor, quae Benedicti patris trium fratrum fuit, cum 24 iobagionibus filii eiusdem habeant, reliquam vero partem

Benedictus Thuroczy; praeterea pactum de mutua successione faciunt. Tr. 8. VIII. 1769. = Cop. saec. XVII.

2575 D-XIV-26 (Zagrabiae) 20. VI. 1465. Capitulum Zagrabiense banis Emerico de Zapolya et Nicolao de Wylak nuntiat ex inquisitione ipsorum litteris 13. IV. 1465. datis iussa apparere neque Dorotheam, viduam qd. Georgii, filii Iwanowych de Brezowytza, pecunias et res, quas ei Margaretha, vidua Iohannis litterati Baranych de Belowarcz, commiserat, neque Blasium Briga de Iakozerdahel, neque Stephanum de Shitomerye quasdam terras post mortem mariti Margarethae iniuste occupatas reddere velle, quare eos in ius evocatos esse. Or.

2576 D-XIV-27 (Zagrabiae) 23. VI. 1465. Capitulum Zagrabiense ab universitate nobilium regni Sclavoniae rogatum transumit litteras Mathiae regis 10. V. 1465. datas, quibus rex universitati nobilium regni Sclavoniae quaedam privilegia concedit. Cop. saec. XVII. et 1832. (Privil. 22).

2577 D-XIV-28 Budae 8. VII. 1465. Cum omnis hereditas Gasparis Castellan de Zenthlelek, qui de vi magistro Gregorio de Dersanowcz, protonotario curiae regiae, in curia ipsa illata ammissione honorum damnatus est, post eius mortem ad Ladislaum et Nicolaum Castellan de Zenthlelek pervenerit, Gregorius eos coram Mathia rege omni onere liberat et invicem ab iis possessionem Paka accipit. Or.

2578 D-VI-101 Budae 18. VII. 1465. Ladislaus de Palloch, iudex curiae regiae, ad rogatum Georgii et Ioannis, filiorum qd. Benedicti, litteras dd. 12. V. 1379. transumit, quibus Petrus, filius Peteu, Paulus, filius Michaelis. Iohannes et Laurentius, filii Iacobi, nobiles de Komor, quasdam possessiones inter se diviserunt. Cop. saec. XVIII.

2579 D-XIV-54 In Ozel 19. VII. 1465. Bartholomeus de Frangepanibus Mathiae Dimynych possessiones Bobnarczy et Bwkowcz prope castrum Rybnik donat. Tr. 26. VI. 1475.

2580 D-XIV-29 (Zagrabiae) 19. VII. 1465. Dionysius, filius Andreae Borothwa de Werbowcz, coram capitulo Zagrabiensi profitetur portionem in possessione Sabnycza, in quam 23. VI. 1465. introductus est, ad portionem Pauli Mykchecz de Cyrkwena, protonotarii sedis Crisiensis, in eadem possessione non spectare neque praeiudicium ullum factum esse. Or.

2581 D-XIV-30 Budae 26. VII. 1465. Mathias rex ad rogatum Ladislai de Zenthlelek eiusque uxoris Annae, filiae Iohannis de Proncha, cuius possessiones Smeczycza, Borychwelwgh, Sodezna, Podbuchya a Nicolao de Grabarya consilio fratris eius Beryzlo et Nicolai de Dmitroucz, vicecomitis de Posega, vi occupatae sunt, iudicibus nobilium comitatus de Posega – sed excluso dicto vicecomite ut reo- praecipit, ut inquisitionem faciant et reos in ius coram rege citent. Or.

2582 D-XIV-31 Budae 1. VIII. 1465. Mon. Zg. II 301, nr. 243.

2583 D-XIV-32 Budae 4. VIII. 1465. Mon. Zg. II 302, 244.

2584 D-XIV-33 Budae 5. VIII. 1465. Mon. Zg. II 303, nr. 245.

2585 D-XIV-34 Brezowyczae 6. VIII. 1465. Georgius, filius Stephani de Isanowcz, 4 »dretas« terrae arabilis in Isanowcz Stephano, filio Nicolai de eadem, 9 flor. auri coram Benedicto, filio Gregorii de Prezechnafew, comite terrestri districtus castri Maioris Kemlek, vendit. Or. P.

2586 DV-I-86 Liesnae 5. IX. 1465. Franciscus Sagredo, comes Liesnae, Nicolao Paladini solutionem pro terreno in insula Lissa posito, quia possessionem augmentavit, remittit et ei concedit, ut pro duobus quintis communi solvendis tantum sextum solvat. Or. mancum. P.

2587 D-XIV-54 Tirnaviae 11. XII. 1465. (falso 1466!) Mathias rex capitulo Zagrabiensi praecipit, ut Mathiam Dimynych in possessione Bobnarczy et Bwkowcz introducat. (Cum donatio 19. VII. 1465. et statutio 3. I. 1466. facta sit, annus 1466. in 1465. mutandus est). Tr. 26. VI. 1475.

2588 D-XIV-52 (Zagrabiae) 1465.(?) Capitulum Zagrabiense 28. II. 1465 a Mathia rege iussum Benedictum Rybich eiusque fratres in possessionem Fylethyncz,

quae ob defectum seminis Ladislai litterati de Fylethyncz ad coronam devoluta et postea Benedicto donata est, introducere conatum est, sed Dorothea, filia Thomae Iulcy contradixit, ideo eam coram bano in ius vocat. Tr. 27. IV. 1467.

2589 IV d 49-7 1465. In hoc documento fratris Nicolai de Vegla de possessionibus ordinis eremitarum s. Pauli agitur, sed nexus erui non potest, quia dextra dimidia pars documenti discissa est. P.

2590 D-XIV-55 et D-XIII-92 Budae 9. I. 1466. Comes Ladislaus de Palocz, iudex curiae regiae, in causa Annae, filiae Michaelis de Rawen, contra eius fratres Stephanum et Emericum de possessionibus Steffanowcz, Ozeltheleke, Czyrkwena, Bablyak alio nomine Sebnycze, Orehowecz-Zenthpeter, Clenowcz, Bogathyo, Gestenowcz, Rawen, Zenthlazlo et Mokrycza posessiones, cum ius femineum non sequantur, fratribus adiudicat. Quae sententia continet litteras arbitrorum Chasmae 30. XI. 1461. datas et citat litteras iudicii nobilium Crisiensis dd. 12. III. 1408., capituli Chasmensis dd. 30. III. 1408., eiusdem dd. 15. VIII. 1404., eiusdem post 30. III. 1405. datas, eiusdem dd. 29. III. 1406., Sigismundi regis dd. 24. VI. 1422., capituli Chasmensis dd. 28. IV. 1417., eiusdem post 29. VI. 1417. datas. Tr. 30. XI. 1485.

2591 D-XIV-54 (Zagrabiae) 17. I. 1466. Capitulum Zagrabiense a Mathia rege 11. XII. 1465. iussum Mathiam Dimynych in possessiones Bobnarczy et Bwkowcz introducit. Tr. 26. VI. 1475.

2592 D-XIV-35 In Ozall 18. I. 1466. Bartholomeus de Frangepanibus Mauritio Nolinger mardurinas in sessione Senkouczy, quam Lorandus, Thomas, Mire Juguvichi vendiderunt, una cum sessione Policza donat. Cop. saec. XVIII.

2593 D-XIV-36 (Chasmae) 22. I. 1466. Capitulum Chasmense a Mathia rege 22. IV. 1465. iussum magistrum Petrum de Gwdowcz in dominium possessionis Felse- et Also-Heresya introducit. Or. P. S. = Tr. 25. I. 1469. per summa capita.

2594 D-XIV-37 Zagrabiae 8. II. 1466. In causa coram Petro de Gwdowcz, vicario episcopatus Zagrabiensis in temporalibus generali, de silva Mokricza mota cives et hospites de Wgra contra adiudicationem silvae iobagionibus de Czerye ab episcopo Demetrio facta suum ius litteris episcopi Iohannis dd. 6. IV. 1423., administratoris ecclesiae Zagrabiensis Abel dd. 13. IV. 1439., atque episcopi Benedicti Ugrae 25. V. 1453. datis demonstrant; contra eos populi et iobagiones de Czerye tantum quasdam litteras Iohannis episcopi proferre potuerunt quibus is »omnibus ad residendum venientibus« in ea possessione certas libertates concessit nulla tamen dictae silvae mentione facta. Quare Petrus silvam civibus de Wgra adiudicat. Or. P. S.

2595 DC-I-7 Segniae 5. III. 1466. S. 247, nr. 153.

2596 D-XIV-38 Zagrabiae 10. III. 1466. Mon. Tur. I 434, nr. 354.

2597 D-XIV-39 Zagrabiae 10. III. 1466. Mon. Tur. I. 436, nr. 355.

2598 D-XVIII-86 11. III. 1466. Mathias rex litteras Iohannis de Hwnyad, regni Hungariae gubernatoris, de libertatibus nobilium castri Maioris Kemlek 23. VI. 1446. editas transumit et confirmat. Tr. per summa capita 13. XI. 1492.

2599 D-XIV-40 Budae 15. III. 1466. Mathias rex possessiones Gregorii Bradach de Ladomercz in comitatu Zagrabiensi sitas solutione mardurinarum eximit. Or. P.

2600 DV-I-87. Catari 15. III. 1466. Iurassino qd. Nixae de Bachoie vineam in Theodo, quam ad livellum habebat, Ducayno qd. Simonis de Brayano vendit eamque venditionem comes Catari annullatis contradictionibus ratificat. Or. exesum cum signo not. P.

2601 D-XIV-41 Budae 27. III. 1466. Comes Ladislaus de Palocz, iudex curiae regiae, litteras capituli Chasmensis de introductione magistri Benedicti, filii Stephani, et filiorum Nicolai Bekoych de Thernowcz 31. V. 1464. editas transumit. Or. P.

2602 D-XIV-42 Budae 9. IV. 1466. Mathias rex castellanis castri et iudici iuratisque civitatis Kapronczae praecipit, ne Iohannem Thwrner de Warasd eiusque uxorem Ursulam in eorum praediis molestent. Or.

2603 D-XIV-43 Budae 10. IV. 1466. Mathias rex, qui donationi possessionis Zlowathych a Martino de Frangapan Fabiano Dragastchich de Othok factae suum consensum iure regio adiecto praebuit, capitulum Zagrabiense Fabianum in dominium possessionis introducere iubet. Cop. rec. = Regestum. I d 32, elen. f. 5.

2604 IV d 49-8 In Lyppowcz 13. IV. 1466. Martinus de Frangapanibus Iohanni, filio qd. Thomae Beweniwd de Oztrosyn, castrum Zkrad cum pertinentiis confert. Or. P.

2605 D-XIV-44 In Orechowcz 24. IV. 1466. Nicolaus, filius Pauli Mikchecz de Orechowcz, fenile, quod ei Vincentius, filius Georgii Erdeel, pignori obligavit, Georgio, filio Mathyae, eiusque filio Antonio, iobagionibus Petri in Orechowcz et Stephano, filio Cosmae Tomcheych, iobagioni suo, duobus flor. auri Hung. certis sub condicionibus oppignorat. Or.

2606 D-XIV-45 Brezowichae 29. IV. 1466. Paulus litteratus Kontherez eiusque uxor Elena, quos Elenae frater Stephanus Pisacich de Isanowcz litteras supra se emanasse arguerat, coram Mathia Ampalicz, capitaneo utriusque Kemlek, et Benedicto, filio Gregorii de Prezechnafew, comite terrestri districtus nobilium Maioris Kemlek, se ea fecisse negant et Stephanum sibi de rebus parafernalibus satisfecisse profitentur. Or.

2607 D-XIV-46 (Zagrabiae) 10. VII. 1466. Johannes, filius Pauli de Orechowcz, etiam fratris Cristoferi nomine 150 cubulos vini seu musti, qui eis e promontorio Komor in districtu de Zagorya pro iure montano quotannis proveniunt, Petro, filio qd. Martini Spychkoych de Crisancz Inferiore 174 flor. auri coram capitulo Zagrabiensi oppignorat. Or. P. S.

2608 D-XIV-47 Romae 15. VIII. 1466. Paulus II papa vicario episcopi Modrussiensis commendat, ut Gasparem Prisurich omnibus poenis ecclesiasticis absolutum rectorem ecclesiae parochialis s. Marinae de Villa nominet. A tergo argumentum lingua Croatica scriptum. Or. P.

2609 D-XIV-50 Crisii 15. VIII. 1466. Mathias rex capitulo Zagrabiensi praecipit, ut Andream Zabok eiusque filium Leonardum in dominium possessionum Gregoryewczi, Krysyandol et dimidiae partis possessionis Dolyema Erpenya introducat. Tr. 29. X. 1466.

2610 D-XIV-48 Zagrabiae 20. VIII. 1466. Cum inter iobagiones Osvaldi, episcopi Zagrabiensis, et iobagiones Thomae, praepositi ecclesiae de Glogowiza, in Planyna, controversia de particula quadam montis Podrawenye post mortem episcopi Iohannis orta esset, Osvaldus, Thomas et banus Ian, Zagoriae comes, ut tutor et protector ecclesiae de Glogowiza compositionem fecerunt, ut particula montis ei parti obtingeret, cuius tempore Iohannis episcopi fuisset. Itaque Mathias rex capitulo Chasmensi mandat, ut inquisitione facta id destinet. Or.

2611 D-XIV-56 Zagrabiae 23. VIII. 1466. Tr. 11. IV. 1504. et 23. IX. 1523. Mon. Zg. II 308, nr. 251.

2612 D-CXXV-8 Zagrabiae 23. VIII. 1466. Tr. 24. II. 1764. Mon. Zg. II 307, nr. 250.

2613 D-XIV-49 Varasdini 18. X. 1466. Testamentum Iohannis Thwrner, castellani castri Warosdiensis, quo possessionem suam Mogynna monasterio b. Mariae in Kapronczа pro anima sua et uxoris suae Ursulae de Forchtneck relinquit. Or. S.

2614 D-XIV-50 (Zagrabiae) 29. X. 1466. Capitulum Zagrabiense testatur se iuxta mandatum Mathiae regis dd. 15. VIII. 1466. Andream Zabok eiusque filium Leonardum in dominium possessionum Gregoryewczi, Krysiandol, Dolyema Erpenya introduxisse. A tergo progenies familiae possessoris adscripta est. Or. P. S.

2615 D-XIV-51 Chostanichae 31. X. 1466. Stephanus Borovinich eiusque frater Chwetko, qui multis insectationibus Martinum Modrussae, Veglae Segniaeque comitem petiverant, ideoque Stephanus huius iussu a Georgio Michulichich, castellano in Chostanicha captus, cum in libertatem restitutus sit, se numquam contra eos causam moturum esse promittit. Or.

2616 D-XIV-58 In castro Zthenychnyak 11. XI. 1466. Martinus de Frangepanibus Georgio Klynchich, castellano castri Zthenychnyak, possessiones Banverh et Zelnicha, a dicto castro separatas, donat. Tr. 24. II. 1561.

2617 D-XIV-57 1466. Martinus de Frangepan civibus de S. Ioanne (in pertinentiis oppidi Jasska) privilegia concedit. Cop. saec. XVIII. = Tr. 21. VIII. 1540.

2618 I d 32, elen. f. 6. 1466. Mathias rex donationem Gregorio, filio qd. Jacobi Magni de Lubsa et Felsö Ztubicza a Ladislao rege 25. VIII. 1454. factam confirmat. Regestum.

2619 D-XV-88 Quinqueecclesiis 18. I. 1467. Michael Orzagh de Gwth palatinus capitulo Quinqueecclesiensi praecipit, ut bona Iohannis de Wyzla, qui in congregatione generali comitatus de Baronya 22. XII. 1466. habita, quod Ladislaum et Georgium de Bellye manu armata in eorum domos irrumpens spoliasset, sententia capituli et amissione bonorum condemnatus est, actoribus tradat. Tr. 10. XII. 1483.

2620 D-XLII-17 Posonii 3. II. 1467. Mathias rex Petrum et Jacobum, iobagiones palatini Michaelis Orszagh de Guth in possessione Turan, qui Iohanem Svehla, latronem Bohemum, ceperunt, ab solutione omnium tributorum eximit. Tr. 28. IV. 1583.

2621 D-VIIb-88 Budae 17. II. 1467. Mathias rex Matthiae, praepositi ecclesiae Chasmensis, et Iohannis, filii Gregorii de Gyepew, precibus motus confirmat tres litteras Sigismundi regis, alteras dd. Tyrnaviae 25. VIII. 1404., quibus Gregorio, filio Michaelis de Gyepew, infidelitatis et iniuriae »his proxime elapsis disturbiorum temporibus« illatae gratiam fecit, alteras eodem die datas, quibus bano praecipit, ut eidem Gregorio possessiones restituerentur; tertias quibus capitulum ecclesiae b. Petri de Posega 10. II. 1408. litteras regis a memorato Gregorio sibi significatas esse testatur. Or. P.

2622 D-XV-1 Budae 26. II. 1467. Ladislaus de Palocz, iudex curiae regiae, a capitulo Chasmensi rogatus capitulo Zagrabiensi praecipit, ut se certiorem faciat, num Maria, vidua Akacii, et Anna, vidua Gasparis Chupor de Monozlo, earumque filii porcos iobagionum capituli Chasmensis in Glogowcz abegerint et quatuor pinguiores ad suum usum converterint. Or.

2623 D-XIV-52 Budae 1. III. 1467. Mathias rex capitulo Zagrabiensi praecipit, ut filiis Pauli Rybich de Ialsowa litteras de introductione eorum in possessionem Fylethyncz ab eodem rege 28. II. 1465. iussa edat. Tr. 27. IV. 1467.

2624 D-XV-96 In Landesrost 16. III. 1467. Eberhardus, rector ecclesiae parochialis s. Laurentii in Claro Literk, vulgo Kam S. Laurentii, in diocesi Aquiliensi, aetate decrepitus ipsam ecclesiam presbytero Jacobo de Tyner gubernandam tradit. Or. cum signo not. P.

2625 Privil. 23 Budae 20. III. 1467. Mathias rex bano praecipit, ut quidam nobiles Osvaldo, episcopo Zagrabiensi, decimas solvant. Cop. vid. 1832.

2626 Privil. 24 Budae 20. III. 1467. Johannes Thuz de Lak banus Ladislaum de Greben vicebanum nominat. Cop. vid. 1832.

2627 D-XV-2 Budae 24. IV. 1467. Mon. Zg. II 313, nr. 255.

2628 D-XIV-52 Zagrabiae 27. IV. 1467. Capitulum Zagrabiense banis Jano, Zagoriae comiti, et Johanni Thuz de Lak nuntiat se a Mathia rege litteris 1. III. 1467. datis iussum Benedicto, filio Pauli Rybich de Jalsowa, eiusque fratribus litteras de introductione eorum in possesionem Fylethyncz a rege 28. II. 1465. iussa edidisse. Or.

2629 D-I-37 Budae 1. V. 1467. Stephanus de Bathor, iudex curiae regiae, ad rogatum magistri Georgii, gubernatoris abbatiae Thopolcensis, par litterarum Belae regis a 1242. in Segusth datarum de divisione terrarum castri de Guora edit. Or. P.

2630 D-XV Zagrabiae 11. V. 1467. Mon. Tur. II 1, nr. 1.

2631 D-XV-4 (Zagrabiae) 11. V. 1467. Capitulum Zagrabiense iudici iuratisque civitatis Montis Grecensis, quae civitas Thomam litteratum, hominem et tributarium capituli, ad querelam Mychovil de Modrussio propter excessus in vincula coniecerat, sed a capitulo rogata e custodia emisit, promittit etiam Thomae nomine se nullam causam ea de re moturum esse atque arbitros statuit. Or.

2632 D-XV-5 Zagrabiae 18. vel 25. V. 1467. [»Datum Zagrabiae feria II proxima (»ante« aut »post« omissum) festum s. Trinitatis]. Mon. Tur. II 2, nr. 3.

2633 D-XV-31 Budae 13. VII. 1467. Mathias rex universitatem nobilium regni Sclavoniae interrogat, utrum nobiles praediales episcopatus Zagrabiensis, qui disturbationum temporibus instrumenta privilegiorum deperdiderunt, eisdem privilegiis ac ceteri nobiles regni Sclavoniae usi sint. Tr. 27. III. 1470.

2634 D-XV-6 Budae 16. VII. 1467. Mathias rex Petro Kegleuich de Gradecz pro huius meritis possessiones Gradecz et Zibzka in districtu castri Cruppa, quas eius maiores ab antiquo possederunt, novo donationis titutlo addita iurisdictione confert. Or. P. S.

2635 D-XV-31 Crisii 6. VIII. 1467. Universitas nobilium Sclavoniae a Mathia rege litteris 13. VII. 1467 Budae datis interrogata respondet et iureiurando affirmat nobiles praediales episcopatus Zagrabiensis eisdem praerogativis ac alios nobiles gavisos esse eorumque fassiones et iuramenta eiusdem roboris ac horum semper fuise. Tr. 27. III. 1470.

2636 IV d 49-10 In Zthennychnyak 15. VIII. 1467. Martinus de Frangepanibus fideli suo Bernardo Zthwczych de Gaczka, castellano castri sui Lypowcz, possessionem Zamersye donat. Tr. 28. I. 1480.

2637 Privil. 25 In Ketskemeth 26. VIII. 1467. Mathias rex magistrum Johannem de Korothna notarium capituli Zagrabiensis nominat. Cop. vid. 1832.

2638 Privil. 26 In Ketskemeth 26. VIII. 1467. Mathias rex ad rogatum nobilium regni Sclavoniae omnes sententias a vicebanis tempore octavarum b. Jacobi c. a. latas cassat. Cop. vid. 1832.

2639 D-XV-7 In Kolosvar 30. IX. 1467. Mon. Tur. II 8, nr. 7.

2640 Privil. 27 In Corneuburgh 18. X. 1467. Kuk. Jura reg. I 143, nr. 208.

2641 DV-I-88 Lesinae 24. X. 1467. Nicolaus Mogilich Nicolao Palladini terrenum quoddam ac domum cum horto ducatis 170 vendit. Or. cum signo not. P.

2642 D-XV-8 Crisii 1467. Iudices nobilium comitatus Crisiensis a Nicolao Bochka de Razinya rogati inquisitione facta testantur Clementem, familiarem Nicolai, in curia Martini Ollifigeli, eiusdem Nicolai iobagionis, a famliaribus Iohannis e Petri Bochka in Kerezthur dire verberatum et vulneratum esse. Or. S.

2643 Privil. 28 Brassoviae 3. I. 1468. Mathias rex ad rogatum nobilium regni Sclavoniae iudicium generale differt omniaque crimina usque ad mensem martium a. 1467. commissa remittit. Cop. vid. 1832.

2644 D-XV-9 Crisii 27. I. 1468. Nicolaus, filius qd. Sigismundi Castellan de Zenthlylek, quasdam terrae particulas Ladislao Hermani de Greben 5 flor. auri coram bano Jano perpetuo pignori obligat. Or.

2645 D-XV-10 Agriae 8. III. 1468. Mon. Zg. II 319, nr. 258. (ubi falso »9. martii«).

2646 D-XV-11 Agriae 9. III. 1468. Mon. Zg. II 320, nr. 259 (ubi falso »9. maii«).

2647 D-XV-94 Budae 11. III. 1468. Georgius, filius Benedicti de Komor, ab una et Johannes, filius Pauli de Potyana, et alii ab altera parte coram Ladislao de Paloch, iudice curiae regiae, unione facta possessiones Bwkowcz et Ozek inter se dividunt. Tr. 9. II. 1651. et 8. VIII. 1769.

2648 D-XV-12 Budae 14. III. 1468. Oswaldus, episcopus Zagrabiensis, nobiles ad castrum Maius Kemlek servientes de decimis eximit. Or. P. S.

2649 Privil. 29 Strigonii 23. III. 1468. Mathias rex exactores fisci in regno Sclavoniae prohibet, quominus tributum ante 8. V. c. a. exigant. Cop. vid. 1832.

2650 Privil. 30 Strigonii 23. III. 1468. Mathias rex prorogationem iudicii palatinalis confirmat. Cop. vid. 1832.

2651 D-XV-90 Budae 2. IV. 1468. Mathias rex capitulo Chasmensi praecipit, ut magistrum Gregorium de Dersanowcz, magistrum Petrum de Gudowcz et Blasium Briga de Jakozerdahel in possessiones Kupynno et Sabnicza introducat. Tr. 18. III. 1494.

2652 D-XV-90 (Chasmae) 22. IV. 1468. Capitulum Chasmense a Mathia rege 2. IV. 1468. iussum magistrum Gregorium de Dersanowcz, iudicem curiae regiae et protonotarium, magistrum Petrum de Gudowcz et Blasium Briga de Jakozerdahel in dominium possessionum Kupynno et Sabnicz introducit. Tr. 18. III. 1494.

2653 D-XV-13 (Chasmae) 14. V. 1468. Dorothea, vidua Philippi Magni de Nobradowcz, duas sessiones iobagionales in Minore Koren Blasio Briga de Jakozerdahel 9 flor. auri coram capitulo Chasmensi pignori obligat. Or.

2654 D-XV-14 (Zagrabiae) 4. VIII. 1468. Mon. Tur. II 10, nr. 9.

6255 Privil. 31 7. VIII. 1468. Mathias rex duos legatos comitatus Crisiensis ad diaetam Posoniensem 15. VIII. e. a. invitat. Cop. vid. 1832.

2656 DV-I-89 Jadrae 16. IX. 1468. Simon Vladisich de insula Bagni, districtus Jadrae, Antonio Georgii duas petias terrae gognalium duorum 12 libris vendit. Cop. saec. XVII.

2657 D-XV-15 Hystropoli seu Posonii 28. IX. 1468. Mathias rex, qui cum Albae coronaretur, primoribus regni promiserat se taxas nuper impositas relaxaturum esse, tamen e bello contra haereticos in Moravia et Bohemia reversus promissionem auxilii a proceribus obtinuit, se taxas numquam contra eorum voluntatem exacturum esse pollicetur. Subscripti sunt proceres, qui ea confirmant. Tr. 1. XI. 1468.

2658 Privil. 32 Posonii 8. X. 1468. Tr. 1. XI. 1468. Kuk. Jura reg. I 209. nr. 144.

2659 D-XV–15 (Posegae) 1. XI. 1468. Capitulum de Posega a canonico suo Johanne de Zapolya rogatum privilegium Mathiae regis de exactione taxarum proceribus regni 28. IX. 1468. concessum transumit. Or.

2660 D-VIII-15 Chasmae 12. XI. 1468. Osvaldus, episcopus Zagrabiensis, ad rogatum Johannis, filii Sebastiani de Iwanych, litteras episcopi Eberhardi dd. 29. I. 1415., ab eodem 10. VII. 1416. et ab episcopo Johanne 7. V. 1423. confirmata denuo confirmat. Tr. 18. III. 1501.

2661 D-III-1 Chasmae 14. XI. 1468. Osvaldus, episcopus Zagrabiensis, litteras praedecessorum suorum: Eberhardi 28. VIII. 1404. et 14. VII. 1407., Johannis 30. XI. 1427. de privilegiis villae Wgra editas confirmat. Tr. 24. II. 1501.

2662 D-VIIa-127 Chasmae 22. XI. 1468. Osvaldus, episcopus Zagrabiensis, privilegia Maioris et Minoris Lupoglav ab Johanne episcopo 15. VI. 1388. concessa et ab episcopo Eberhardo 9. VII. 1399. et Johanne 6. V. 1423. confirmata denuo transumit et sancit. Tr. 3. II. 1521.

2663 D-IV-57 Chasmae 26. XI. 1468. Osvaldus, episcopus Zagrabiensis, litteras Jacobi, episcopi Zagrabiensis, de donatione clerico Bank eiusque fratribus facta 28. VI. 1348. editas et ab episcopis: Eberhardo 4. X. 1398. et 30. VI. 1416, Johanne 25. IV. 1423. confirmatas transumit et sancit. Tr. 26. III. 1501.

2664 D-XV-100 Budae 14. XII. 1468. Mathias rex capitulo Zagrabiensi praecipit, ut Georgium, Wilchelmum ac Johannem, comites Zagorienses, in ius contra Johannem, episcopum Zagrabiensem, citet. Or. mancum.

2665 D-XV-17 In Korothna 21. XII. 1468. Michael Orzagh de Gwth palatinus capitulum Zagrabiense inquirere iubet, num Ladislaus et Laurentius de Glawnycza eorumque socii porcos Stephani Byczkele de Zelnawar interemerint et quandam particulam terrae occupaverint. Tr. 5. I. 1469.

2666 D-VIII-114 Chasmae. 1468. Hoc instrumento, cui pars superior deest, de possessionis Parnosowcz dominio agitur, cui in congregationibus infra nominatis nemo contradixit.

Osvaldus, episcopus Zagrabiensis, a Fabiano de Parnosowcz rogatus in congregatione a. 1468. facta confirmat litteras transumptas Johannis episcopi, qui eodem modo a. 1423 litteras transumptas Eberhardi episcopi a. 1414. Blasio Zaka editas confirmavit. Lucas episcopus nota Chasmae in congregatione generali 15. III. 1501. adscripta a David Zahrych, Fabiani nepote, rogatus hoc instrumentum confirmavit. Or. mancum. P.

2667 XXI-2/11, elen. 1., nr. 544. 1468. Mathias rex Ioannem, comitem Zagoriae, in ius vocari iubet, quod possessionem Chezmicze (com. Cris.) Ioannis, episcopi Quinqueecclesiensis, eiusque fratris Michaelis et Joannis de Chezmicze vi occupaverit. Regestum.

2668 D-XV-16 Budae 5. I. 1469. Mandatum, quo Wolfgangus Frodacher in ius vocatur, quod quaedam bona repuerit. Or. exesum vix legi potest.

2669 D-XV-17 (Zagrabiae) 5. I. 1469. Capitulum Zagrabiense Mathiae regi nuntiat ex inquisitione, quae ad mandatum Michaelis Orzagh palatini dd. 21. XII. 1468. facta est, apparere querelam Stephani Byczkele de Zelnawar, occupatione terrae excepta, veram esse, quare reos in ius ante regem evocatos esse. Or. S.

2670 D-XV-18 16. I. 1469. Mandatum, quo quaedam possessiones in Gepew, de quibus Johannes de Gepew causam movit, actori attribui iubentur. Or. valde mancum.

2671 D-XIII-90 Crisii 25. I. 1469. In causa, quam Anna, uxor Ladislai Kwsy et filia Ilkae de Oresya, contra magistrum Petrum de Gwdowcz de bonis Felse- et Also Oresya movit, Iohannes, episcopus Quinqueecclesiarum, et Iohannes Thwz de Lak, Sclavoniae bani, litteris Mathiae regis dd. 22. IV. 1465., capituli Chasmensis dd. 22. I. 1466. et Sigismundi regis dd. 24. III. 1408. visis eas possessiones Petro de Gwdowcz assignant. Or. exesum. S.

2672 D-XV-19 Crisii 8. II. 1469. Martinus et Paulus, filii Anthonij Parcicz, vineam quinque staterarum vulgo pozthat dictarum simul cum terra arabili adiacente Urbano, filio Thomae, iobagioni Mathei Kuscher de Zenth-Erne, duobus flor. auri coram Augustino, filio Jacobi de Bleznafew, iudice Novae liberae Superioris civitatis Crisiensis, vendunt. Or. P.

2673 D-XV-21 Crisii 10. III. 1469. Iohannes, episcopus Quinqueecclesiarum, et Johannes Thwz de Lak, Sclavoniae bani, capitulo Zagrabiensi praecipiunt, ut in causa Georgii Brigae de Milethyncz contra successores Georgii Simunoych de violenta occupatione quarundam possessionum mota inquisitionem faciat. Tr. 7. IV. 1469.

2674 D-XV-20 (Chasmae) 23. III. 1469. Matheus quidam (cuius nomen legi non potest) nomine Petri Zwethen coram capitulo Chasmensi Heryhum de Zenaharazthya, qui quandam Petri terram in hoc loco comitatus Crisiensis sitam Ladislao de . . . impignorare voluerat, iuridice prohibet. Or. valde mancum.

2675 D-XV-21 (Zagrabiae) 7. IV. 1469. Capitulum Zagrabiense banis Johanni, episcopo Quinqueecclesiarum, et Johanni Thwz de Lak nuntiat ex inquisitione iuxta mandatum ipsorum dd. 6I. V. e. a. facta apparere qd. Georgium Simunoych de Milethyncz quasdam terras Georgii Brigae de eadem vi occupavisse easque ab eius successoribus adhuc teneri. Or.

2676 D-IV-9 *Varasdini 6. V. 1469. Georgius, Zagoriae comes, ad rogatum Benedicti* qd. Stephani Rokoych de Tharnowicza edit par litterarum 8. VII. 1342. datarum, quibus magister Johannes, filius Osl, comes Varasdiensis, ad petitionem magistri Johannis Sclavi, vicecomitis Soproniensis, et filiorum Jacov de Maskalch metas possessionis Berethyncz, a rege Karolo eis donatae, statuit. Or. P.

2677 D-XV-32 In Olomuncz 13. V. 1469. Mathias rex Iohanni Ernust, civi Budensi, qui ei magna necessitate regni urgente pro castris finitimis conservandis 6000 fl. auri accomodavit, urburas ex eius fodinis argenti et cupri in promontorio oppidi Novozoliensis habitis remittit; quas urburas si ipse vel successores regni repetere velint, illam summam primum reddere teneantur. Or.

2678 D-XV-42 Bringis 25. V. 1469. Versio Latina litterarum in littera Sclava scriptarum, quibus Johannes de Frangapanibus Nicolao, filio Petri, atque Lucae et Mathiae, filiis qd. Matuli de Valle Segniensi, qui privilegia bani Nicolai de Frangepanibus exhibuerunt, eos nobiles esse confirmat et excepto uno sagittario, quo comiti servire debeant, ab omnibus aliis servitiis eximit. Tr. 11. II. 1471.

2679 D-XV-23 (Chasmae) 5. VI. 1469. Franciscus, filius qd. Georgii de Megerewcze sessionem iobagionalem in Bragyn Anthonio de Kwpyncz sex flor. auri coram capitulo Chasmensi pignori obligat. Or.

2680 DV-I-90 (Cathari) 5. VI. 1469. Clericus Nicolaus et Franciscus, filii qd. Jaxae de Margotio, consensu matris suae Slavussae magistro Nicolao Petrouich, sutori de Catharo, yperperos 12 et soldos 7 pro resto livelli yperperorum 5 annuatim solvendorum coram Stoico Helia de Zaguro, iurato iudice, se dare obligant. Or. P.

2681 D-XV-24 Crisii 7. VI. 1469. Anthonius de Kopyncz quattuor sessiones iobagionales in Bragyn sibi a Francisco, filio qd. Georgii de Megyurechye, impignoratas magistro Petro de Gwdowcz eadem summa coram banis Johanne, episcopo Quinqueecclesiarum, et Johanne Thuz de Lak pignori obligat. Or.

2682 DV-I-91 Venetiis 19. VI. 1469. Dux Venetiarum litteris Heustachii Balbi, comitis Catari, ab Antonio Belli, oratore eiusdem communitas Catari, sibi praesentatis comiti quaedam praecepta agendi dat. Or. mancum. P.

2683 D-XV-25 Nandoralbae 16. VIII. 1469. Mon. Zg. II 324, nr. 263.

2684 D-XV-32 Romae 21. X. 1469. Paulus II papa Vinando, abbati monasterii b. Mariae ordnis Cisterc. Zagrabiae, iudici ecclesiastico, praecipit, ut in causa de decimis vinearum inter Bartholomeum cantorem et magistrum Andream Polonum, plebanum ecclesiae s. Johannis Baptistae de Nova Villa, canonicos Zagrabienses, et Petrum de Hedrihowez, decanum praebendariorum, ab una atque Iohannem Cordus, plebanum ecclesiae s. Trinitatis in Glawnicza, eiusque parochianos parte ab altera inquisitionem faciat. Tr. 27. III. 1470.

2685 D-XV-26 Crisii 7. XI. 1469. Johannes de Mendzenth et Ladislaus, filius qd. Hermanni de Gereben, vicebani et comites ac iudices nobilium comitatus Crisiensis, testantur ex inquisitione ad rogatum Mathej Kusther de Zenth Ernee facta apparere Matheum Pughanecz de Zelnik et Matheum Glavaticz de Rukowcz, iobagiones Nicolai, filii Pauli Mikchecz, ex cellario in Orehowcz, possesione petitoris, unum vas vini Blasii, filii Stephani, iobagionis eiusdem, surripuisse. Or.

2686 D-X-73 Budae 23. XI. 1469. Mathias rex Georgio, Zagoriae ac comitatus Varasdiensis comiti, praecipit, ut in causa Nicolai, filii qd. Jacobi de Gotthalovecs, de quadam silva a Holnekero, domino castri Bella, occupata rem inquirat. Tr. 16. I. 1470.

2687 XXI-2/11, elen., nr. 297. 1469. Blasius Briga de Jakozerdahel Wolffgangum Traducher (?) de Bednya de vi accusatum in ius vocat. Regestum.

2688 D-XV-27 Cirquenae 1. I. 1470. Magister Paulus Mykchecz de Cirquena sessionem iobagionalem, in qua Dionysius Kwsich iobagio residet, in possessione Welykemelleky Michaeli Kazmer de Adamowcz sex flor. auri coram banis Johanne, episcopo Quinqueecclesiarum, et Johanne Thwz de Lak pignori obligat. Or.

2689 D-XV-73 In Magyurechie 5. I. 1470. Testamentum Jacobi de Megyurechye. Executores nominat Ladislaum de Greben vicebanum et magistrum Petrum de Gudowcz, vicarium episcopatus Zagrabiensis. Or.

2690 D-X-73 Varasdini 18. I. 1470. Cum Nicolaus, filius qd. Jacobi de Gotthalovecs questus esset quandam silvae suae particulam a castro Bella occupatam teneri, Mathias rex litteris 23. XI. 1469. datis Georgium, Zagoriae ac comitatus Varasdiensis comitem, rem inquirere iussit; Nicolaus in iudicio in Varasd habito litteras capituli Zagrabiensis 5. VI. 1431. datas produxit, quibus capitulum testatur se litteris bani Hermanni Crapinae 1. V. 1431. datis iussum metas silvae Gotthalovecs reambulasse eamque Jacobo, filio Petri de Gotthalovecs reliquise. Cum etiam a vicinis in iudicio comprobatum esset illam particulam ab Holnekero quodam, cui castrum Bella impignoratum erat, iniuste occupatam esse, Georgius comes, cuius castrum erat, eam Nicolao restituit. Cop. saec. XVII.

2691 DV-I-92 Auseri 21. I. 1470. Frater Matheus de Jadra fratrum tertii ordinis s. Francisci nomine ecclesiam s. Mariae de Vier extra muros civitatis Auseri collapsam et derelictam iam dudum ab Antonio, episcopo Auseriensi, et a sede apostolica sibi concessam coram Jacobo Pyceno, primicerio ecclesiae Auseriensis, ac Johanne Petro Missanich, notario et episcopi cancellario, in possessionem suscipit. Or. cum signo not. P.

2692 D-XV-29 Budae 4. II. 1470. Johannes Thwz de Laak, Sclavoniae banus, ab Johanne Ernusth, comite Zoliensi, duo milia florenorum pro dimidia parte metallorum et villarum in Novo Zolio ei vendita atque mille quadringentos florenos pro dimidia parte possessionum Soskwth, Meggyer, Erd, Zazhalom, Berky etiam ei vendita se accepisse testatur. Or.

2693 D-XV-30 Budae 4. II. 1470. Johannes Thwz de Lak, Sclavoniae banus, dimidiam partem possessionum Soskwth, Kapoztasmegyer, Zashalom, Erd, Berky in comitatu Pesthiensi habitarum ac sibi ab Egidio Sthoz, cive Budensi, impignoratarum eodem pretio, i. e. 1400 flor. auri, Johanni Ernusth, comiti Zoliensi, coram Mathia rege pignori obligat. Or.

2694 D-XVIII-85 (In Warad) 16. II. 1470. Johanes et Michael, filii Nicolai de Kamonya, matri suae Margarethae, tunc uxori Johannis Kwthe de Kewthegyan, portiones in possessionibus Zekwdwar et Kwthws pro iure quartalicio coram capitulo Warasdiensi cedunt. Tr. 22. XI. 1492. per summa capita.

2695 D-XV-31 Budae 27. III. 1470. Mathias rex a nobilibus praedialibus episcopatus Zagrabiensis rogatus transumit litteras universitatis nobilium regni Sclavoniae Crisii 6. VIII. 1467. datas, quae universitas a Mathia rege litteris Budae 13. VII. 1467. datis interrogata iureiurando privilegia nobilium praedialium episcopatus Zagrabiensis *affirmavit. Tres copiae saec.* XVII, *quarum una vidimata et alia manca.*

2696 D-XV-32 Zagrabiae 27. III. 1470. Vinandus, abbas monasterii b. Mariae ordinis Cisterc. *Zagrabiae*, iudex ecclesiasticus epistula papae Pauli II Romae 21. X. 1469. data iussus, in lite de decimis vinearum inter quosdam canonicos Zagrabienses et Petrum de Hedrihowcz, decanum praebendariorum, ab una atque Johannem Cordus, plebanum ecclesiae s. Trinitatis in Glawnicza, eisque parochianos ab altera parte exorta compositionem statuit et »poenarum praesidio tegit«. Cop. coaevis.

2697 D-XV-35 Budae 5. IV. 1470. Mathias rex capitulo Budensi praecipit, ut Johannem Ernusth, civem Budensem, aulae regis militem, regis compatrem, in dominium fodinae Novozoliensis introducat. Tr. 17. VII. 1470.

2698 D-XV-33 Crisii 22. V. 1470. Stephanus de Oresya portionem suam possesionariam ibidem, quae qd. Mathiae litterati fuit, magistro Clementi de Paulowcz, Crisiensis et Zagrabiensis sedium protonotario, 5 flor. auri coram Augustino de Bliznafew, Nicolao Mykchecz de Cyrquena et aliis iudicibus nobilium comitatus Crisiensis pignori obligat. Or.

2699 D-XV-34 (Chasmae) 4. VII. 1470. Barbara, vidua Turbelti de Bersthanowcz nunc vero uxor Pauli de Greben, in causa a qd. Nicolao Kastellan de Zenthlilek eiusque fratre Ladislao et sororibus Sophia et Katherina de possessione Paka in comitatu Posegae contra Turbeltum mota post huius mortem condemnata est. Nicolai vidua Anna et Barbara coram capitulo Chasmensi compositione facta matrimonium inter Ursulam, filiam illius, et huius filium Nicolaum intra quinque annos stabiliunt. Or.

2700 D-XV-35 Budae 17. VII. 1470. Capitulum Budense a Mathia rege litteris Budae 5. IV. 1470. datis iussum, Johannem Ernusth, aulae regiae militem et regis compatrem, in dominium fodinae Novozoliensis introducit. Or. P.

2701 Privil. 33 Budae 23. VII. 1470. Mathias rex nobiles iudices Crisiensis quasdam iniustas exactiones dicae inquirere et de ea re Johannem Ernsth, comitem Zoliensem, *certiorem facere iubet.* Cop. vid. 1832.

2702 D-XV-36 Zagrabiae 12. VIII. 1470. Mon. Zg. II 332, nr. 267.

2703 D-I-93 Venetiis 21. VIII. 1470. Mandato Christophori Mauro, ducis Venetiarum, Antonius Saluto nomine Ceciliae, viduae qd. Pauli Zimal, per praeconem Franciscum de Padua in possessionem domus cum curtino et terrarum in villa Montelagi, districtus Mestrae, iuxta sententiam iudicum curiae procuratorum introducitur. Or. *cum signo not.* P.

2704 Privil. 9 In Szenthgheurg 27. IX. 1470. Blasius Magyar ad preces Joannis Viti de Korbaua et Antonii de Kapinch transumit litteras Sigismundi regis dd. 25.

IX. 1406., quibus praecipitur, ut decimae frugum vini aliarumque rerum in episcopatu Zagrabiensi, quamvis anno praeterito »conductive in specie et in colore exactae sint«, modo consueto solvantur. Cop. vid. 1832. Tr. 28. VII. 1697.

2705 D-XV-101 IX. 1470. Anna, vidua Gregorii de W..., sessiones iobagionales in possessione Myklowseucz sitas Michaeli, plebano de Myklowseucz, perpetuo possidendas inscribit. Or. mancum.

2706 D-XV-37 13. XI. 1470. Clemens, filius Valentini litterati de Sabnycza-Zenth-Iwan, a Michaele Kazmer de Adamowcz et Georgio dicto Palycza de Werkowch 45 flor. auri se recepisse fatetur, ut possessionem qd. Chakan ab Emerico de Gwdowcz redimere possit. Or.

2707 DV-I-94 Jadrae 28. XII. 1470. Leonardus Calbo, comes Jadrae, Mapheo Leono, comiti Spaleti, ad eius requisitionem respondet Paulum de Georgiis, Hieronymum et Nicolaum, fratres Jadrenses, in ius vocatos in termino praefixo comparere non posse. Or.

2708 I d 12, elen. IV, p. 22 (Chasmae) 1470. Capitulum Chasmense Ladislaum Herk de Zajezda eiusque filios in dominium possessionum Jelkovecz, Goricza, Zbellava eis contra civitatem Varasdinensem a palatino adiudicatarum denuo introducit. Regestum.

2709 D-XV-45 Crisii 25. I. 1471. Anna, vidua Nicolai Castellan de Zenthlelek, apud Michaelem Orzag de Gwth, palatinum et iudicem Comanorum, questa est domum sui praedialis Valentini Halygh in Podgorya a iobagionibus Johannis Koh de Derche direptam, alios iobagiones ab officialibus bani Machonensis Mathyws de Mawth apud castrum Was Megyrechie equis spoliatos esse, Ladislaum de Nelepecz iobagioni petitoris Stephano Golubar in Lipya contra dispositionem 40 et denuo 12 cubulos musti remittere noluisse et proventus vineae Benedicti Halaz sibi retinuisse; praeterea Petrus Dersan de Zenthgywrgh questus est Ilko, viduam Nicolai litterati de Prosechnyk, quamquam res parafernales receperat, tamen mariti possessiones restituere nolle. Quapropter palatinus capitulo Posegensi mandat, ut res inquirat. Tr. 18. IV. 1471.

2710 D-XV-95 Zagrabiae 31. I. 1471. Oswaldus, episcopus Zagrabiensis, qui de decimis sibi solvendis cum nobilibus comitatus Crisiensis litigabat, nunc coram bano Blasio Magyar cum eis pacem init. Tr. 13. III. 1692.

2711 D-XV-38 Crisii 5. II. 1471. Petrus, filius Nicolai Mykchecz de Cirquena, etiam uxoris et sororum nomine, patrem suum Nicolaum et patruos Johannem et Nicolaum, ab alienatione portionis suae in possessione Sabnycza coram bano Blasio Magyar iuridice prohibet. Or.

2712 D-XV-39 (Zagrabiae) 7. II. 1471. Paulus, plebanus in Thernye, Johannis, plebani Crisiensis, et Mikulae, filiorum qd. Pauli Mykchecz de Cirquena, nomine coram capitulo Zagrabiensi interdicit, ne magister Albertus de Pathak eiusque filii et Martinus, filius qd. Johannis de Pathak, qui a Mathia rege donationem possessionum Sabnicza et Zelnik fraudulenter impetraverint, in earum dominium introducantur. Or.

2713 D-XV-42 (Segniae) 11. II. 1471. Capitulum Segniense privilegium a comite Johanne de Frangapanibus Nicolao, filio Petri, et Lucae ac Mathiae, filiis qd. Matuli, concessum et littera Sclava in linguam Latinam vertit et transumit. Tr. 9. III. 1471.

2714 D-XV-40 Crisii 22. II. 1471. Ladislaus de Zenche et Ladislaus Veres de Zepes, vicebani et comites comitatus Crisiensis, inquisitione ad rogatum Stephani, filii qd. Johannis Bochka de Milethincz, Augustini Blyznafew et Nicolai Mikchecz de Cirquena facta testantur quasdam possessiones avae Stephani Bochka per maternam originem post eius mortem a Johanne, filio qd. Petri Dwbichak et Georgio, filio qd. Johannis Syxar, instigatione Johannis Fych de Fychowcz et qd. Domazlao de Atlak Bohemo, comite Crisiensi, adiuvante, vi occupatas et dominos eiectos esse; praeterea Domazlaum Stephani Bochka matri quartam puellarem partem et instrumenta litteralia remittere voluisse. Or.

2715 D-XV-41 Budae 5. III. 1471. Mathias rex a Drasco iudice, Iwan, filio Nicolai Dyurissevich, Luca Bannich, Georgio Synkovich, civibus Segniae, rogatus, libertatibus eorum *civitatis confirmatis eam taxa quadringentorum florenorum* a bano Blasio Magyar imposita etiam in posterum eximit. Cop. saec. XVIII.

2716 D-XV-42 Budae 9. III. 1471. Mathias rex a Mathia, filio qd. Matuli de Segnia litteras capituli Segniensis 11. II. 1471. datas transumit et confirmat. Or. P.

2717 D-XV-43 In Tschakenturn 25. III. 1471. Bartholomeus cantor, Sigismundus Topnaren et Martinus de Wasko, canonici ecclesiae Zagrabiensis, huius capituli nomine coram notario Michaele Salsker interrogant Ulricum Fledniczer et Casparum Lamberg, fratrem qd. Friderici, dispensatores huius bonorum, de 713 florenis auri, quos qd. Heinricus Enczesdorfer ad fabricam ecclesiae Zagrabiensis testamento legavit et qd. Fridericus apud se habuit, atque poscunt, ut ea *summa sibi solvatur. Dispensatores* vero eam potius Wilhelmo, filio Heinrici Enczesdorfer, tradere volunt, qui eam ad fabricam ecclesiae distribuat. Cum in ea, quae sequitur, mutila litterarum parte de Wilhelmi promissione, sed etiam de canonicorum protestatione mentio fiat, exitus huius rei obscurus est. Or. cum signo not. P.

2718 D-XV-44 (Chasmae) 5. IV. 1471. Johannes Borothya nomine Dorotheae viduae et Johannis, filii qd. Hennyngh de Zumzedwar, coram capitulo Chasmensi interdicit, *ne* Bytryczam, possessionem protestantis, Georgius Parlaghy Gregorio Ladomyr de Palkoheegh vendat et Mathias rex eam cuiquam conferat. Or. P. S.

2719 D-XV-45 (Posegae) 18. IV. 1471. Capitulum Posegense banis Sclavoniae nuntiat querelas in litteris palatini Michaelis Orzag de Gwth dd. 25. I. 1471. descriptas veras esse. Or. S.

2720 D-XV-46 (Chasmae) 25. IV. 1471. Martinus, filius qd. Mathei Lywben de Slobody, possessionem Klokothowcz alio nomine Bedowelcz cum octo sessionibus iobagionalibus magistro Clementi de Paulowcz, Crisiensis et Zagrabiensisi sedis viceprotonotario, 24 flor. auri coram capitulo Chasmensi pignori obligat. Or. S.

2721 DC-I-8 In Modruss 10. VI. 1471. Š. 266, nr. 167.

2722 D-XV-47 Crisii 10. VIII. 1471. Ladislaus Koh de Derche et Ladislaus Weres, vicebani et comites comitatus Crisiensis, inquisitione ad rogatum Nicolai Budor de Bwdrowcz facta testantur Anthonium Myrkowcz, expontis iobagionem in possessione Felsew Athak, a Matheo de Ebres in huius possessionem vi traductum esse. Or.

2723 IV a 52 b-3 Spalati 16. VIII. 1471. Testamentum Hieronymi Pecinich, quod proficiscens cum galea Spalatina in bellum contra Turcas fecit. Cop. vid. 4. VII. 1741.

2724 D-XV-48 In Pawlowcz 20. VIII. 1471. Paulus Magnus iunior, filius qd. Martini Jakopoych de Matheowcz, coram banis Blasio Magyar et Damiano Horwath de Lythwa fatetur se a Margaretha, filia qd. Thomae dicti Swap de Marowcz-Zenth-Peter, eiusque filia Anna 24 flor. auri recepisse, pro quibus eis tres sessiones iobagionales impignoratas reddidisse, et litteras impignorationis restituere, promittit, sin minus faciat, eas vanas declarat. Or.

2725 I d 12, elen. IV, p. 22 Varasdini VIII. 1471. Gaspar Herk de Zajezda eiusque pater Ladislaus et filius Nicolaus sessionem in Chresno (com. Varasd.) Antonio Grechych de Saulocz 14 flor. coram Georgio, Zagoriae comite, pignori obligant. Regestum.

2726 D-XV-49 Crisii 26. IX. 1471. Ladislaus Koh de Derche et Ladislaus Weres, vicebani et comites comitatus Crisiensis, inquisitione ad rogatum Nicolai Budor de Budroucz facta testantur Antonium Myrkouch, petitoris iobagionem in possessione Felsew-Athak, a Matheo de Ebres eiusque filio Nicolao in horum possessionem vi traductum esse; quae omnia iam litterae eorundem vicebanorum Crisii 10. VIII. 1471. datae continent. Or.

2727 D-XV-50 1. X. 1471. Interdictio iudiciaria in favorem dominae ... (filiae?) qd. Elizabeth de Wysnecz contra Georgium Wsych de Wysnecz, qui eius posses-

siones vendere, et contra ..., filium Blasii, de Erthek, qui eam emere voluit. Or. mancum = Regestum XXI-2/11, elen. 1., nr. 493.

2728 D-XV-51 Budae 3. XI. 1471. Mathias rex capitulo Chasmensi mandat, ut Wolfgangum Freduohar, cui de se bene merito rex possessiones Dobowycza, Remethinczi et Capolna, a Wolfgango cuidam Lausinger donatas, sed propter huius infidelitatem ad regem devolutas, una cum iure regio donavit, in earum dominium introducit. Tr. 19. XI. 1471.

2729 D-XV-51 (Chasmae) 19. XI. 1471. Capitulum Chasmense banis Nicolao de Wylak et Damiano Horwath nuntiat se a Mathia rege 3. XI. 1471 iussum Wolfgangum Freduohar in dominium possessionum Dobowycza, Remethinczi et Capolna introduxisse et Johannem Lawsinger eiusque filios, qui ei statutioni contradixerunt, in ius evocavisse. Or.

2730 XXI-2/11, elen. 1., nr. 599. 1471. Stephanus de Hazad, Petrus de Gudowcz, Blasius Brigha de Jakozerdahel Georgium et Martinum de Palchak iuridice prohibent, ne possessiones Sabnicza et Koppino impetrent. Regestum.

2731 XXI-2/11, elen. 1., nr. 487. 1471. Inquisitio ad rogatum Dorotheae, uxoris Joannis Keczer de Radwan, quae a capitulo Varasdiensis sua litteralia instrumenta repetit. Regestum.

2732 Ožeg. XXXI, extr. 1., nr. 44. 1471. Mathias rex banis Joanni Thusz de Lak et Ladislao de Egewara praecipit, ut congregationem generalem de insurrectione contra Turcas indicant, unaque nobilibus privilegium capitanei eligendi tribuit. Regestum.

2733 Privil. 34 In castris apud Isberg 12. I. 1472. Mathias rex omnes homines comitatus Crisiensis et dioecesis Zagrabiensis prohibet, quominus Oswaldo, episcopo Zagrabiensi, qui cum banderio ad regem non venerit, decimas impendant. Cop. vid. 1832.

2734 DV-I-95 Chersi 13. II. 1472. Boniza, vidua qd. Thomae Griti, Georgio de Jadra, cerdoni in Ausero, terrenum quoddam in contrata s. Salvatoris positum libris 17 vendit, quam quidem venditionem Baptista Gradenico, comes Chersi et Auseri, validam declarat. Or. cum signo not. P.

2735 I d 12, elen. IV, p. 22. (Chasmae) 8. IV. 1472. Anna, vidua Nicolai Kastellan de Zenthlélek, Ladislaum Kastellanffy, qui portiones eius in castro Zyrch clam impignoravit, iuridice coram capitulo Chasmensi prohibet. Regestum.

2736 D-XVIII-86 Budae 3. V. 1472. Mathias rex banis ut vicebanis regni Sclavoniae mandat, ut libertates nobilium castri Maioris Kemlek contra Ladislaum, ducem s. Sabae, protegant et defendant. Tr. per summa capita 13. XI. 1492.

2737 D-XV-60 Budae 16. V. 1472. Mathias rex capitulo Zagrabiensi mandat, ut nobilem Wlay de Lyppa in dominium castelli et possessionis Lyppae atque tributi in eadem exigi soliti introducat. Tr. 8. III. 1473.

2738 D-XV-61 Budae 20. V. 1472. Mon. Zg. II 336, nr. 272.

2739 D-XV-52 Budae 20. V. 1472. Mon. Zg. II 341, nr. 275.

2740 D-XV-53 Budae 20. V. 1472. Mon. Zg. II 336, nr. 272.

2741 D-XV-54 Budae 20. V. 1472. Mon. Zg. II 335, nr. 271.

2742 D-XV-55 Budae 28. V. 1472. Mathias rex capitulo Zagrabiensi praecipit, ut puellam Katherinam, filiam Myksae Iwkowych de Peech, tu verum heredem masculini sexus, in dominium possessionum Dogaresza, Borynczy, Wagy, Nowaky, Peech, Prodorie, Hrchynczy in comitatu Zagrabiensi introducat. Tr. 4. IX. 1472.

2743 I d 12, elen. IV, p. 22 (Zagrabiae) VII. 1472. Capitulum Zagrabiense ad rogatum Nicolai Gotthal de Gotthalovecz inquisitione contra Ladislaum Herk eiusque filios et Stephanum Kukecz de Kukchevez de violentiis in possessione Krapinicza (com. Varasd.) commissis peracta reos in ius coram rege evocat. Regestum.

2744 D-XVIII-85 (In Warad) 24. VIII. 1472. Michael, filius Nicolai de Kamonya, molendinum in possessione Zekwdwar Johanni Kethe de Kethexyan 32 florenis

auri coram capitulo Warasdiensi pignori obligat. Tr. 22. XI. 1492. per summa capita.

2745 D-XV-55 (Zagrabiae) 4. IX. 1472. Capitulum Zagrabiense a Mathia rege 28. VI. 1472. iussum puellam Katharinam, filiam Myksae Iwkowych de Peech, in dominium possessionum Dogaresza, Boryneczy, Wagy, Nowaky, Peech, Prodorie, Hrchyneczy introducit. Or. P.

2746 D-XV-93 In Kwscherowcz 29. IX. 1472. Banus Damianus Horwath de Lythwa *Mathiae Zwdecz de Kwscherowcz pro fidelibus servitiis sessionem iobagionis in* villa Vreh, possessionis Kwscherowcz, ab omnibus servitutibus exemptam, coram Georgio, Zagoriae comite, donat. Tr. 15. X. 1480.

2747 D-XV-97 Crisii 16. X. 1472. Nicolaus Mykchecz de Cirquena coram Nicolao, rege Bosniae et bano Sclavoniae, protestatur quandam suam portionem in possessione Sabnycza a Damiano Horwath de Lythwa, regni Sclavoniae bano, anno transacto illegitime occupatam esse. Or.

2748 B II Nc-5 In Dubraviza 6. XI. 1472. Matheus Nisetich testamento facto filiis suis praecipit, ut ecclesiae Omnium Sanctorum in Coprivize aedificandae partem terreni Srigne Gnive, cuius fructibus sacerdos sustentabitur, tradant. E libello Petri Nixae Nisetich.

2749 D-XV-57 (Chasmae) 23. XI. 1472. Capitulum Chasmense Georgio, Zagoriae et comitatus Varosdiensis comite, nuntiat in inquisitione iuxta eius mandatum facta omnes testes pro Ladislao, filio Gregorii de Fodorovcz, testificatos esse. Tr. 18. I. 1473.

2750 D-XV-56 (Chasmae) 15. XII. 1472. Ladislaus, filius qd. Sigismundi Castellan de Zenthlelek, portiones in Dimychkfelde, Podrynya, Pothoplythye, Zawersya, Gradische, Saranowcz, Betiwoy-Zenth-Iwan, Methence alio nomine Thomassowcz et sessionem iobagionalem in villa Kosowcz et aliam in Komaryn Alcacio, filio qd. Nicolai Adae de Zenthlelek, eiusque matri Ilkae 120 flor. auri coram capitulo Chasmensi pignori obligat. Or.

2751 D-XV-57 Varasdini 18. I. 1473. Sententia Georgii, Zagoriae comitis, in causa inter Franciscum de Pook et Ladislaum, filium Gregorii de Fodorovcz exorta, qui introductioni illius in possessionem Borkovcz contradixerat asserens se insontem esse in illa nota, quod qd. Radovecz in domo sua in Vrancha combustus est, et Franciscum ea nota abusum a Mathia rege eam possessionem obtinuisse. Cum ex litteris capituli Chasmensis 23. XI. 1472. datis apparuerit omnes testes in inquisitione pro Ladislao dixisse, donatio regis irrita declaratur et possessio Borkovcz *cum tributo in* Zlathar *eidem* restituitur. Cop. vid. saec. XVIII.

2752 D-XV-58 Crisii 24. I. 1473. Mathias de Ebres eiusque filius Nicolaus portionem possessionis Othok, quam iis Elena, vidua Petri de Ebres, litteris a banis Iano, comite Zagoriae, et Nicolao de Wylak datis impignoravit, Dionysio de Chanowcz 12 flor. auri coram eodem Nicolao, pignori obligat. Or.

2753 D-XV-62 Budae 14. II. 1473. Mathias rex civitati Montis Grecensis praecipit, ut fratres praedicatores, qui sunt extra muros, monasterium et ecclesiam s. Catherinae intra muros civitatis aedificare sinat. Tr. 23. V. 1473.

2754 D-XV-59 Budae 14. II. 1473. Mathias rex fratres ordinis praedicatorum ex monasterio s. *Nicolai extra muros civitatis Montis Grecensis sito, quod propter* Turcarum incursiones »in nimiam ruinam et desolationem devenit«, in civitatem migrare ibique capellam b. Catharinae et monasterium erigere sinit. Or. P.

2755 D-XV-60 (Zagrabiae) 8. III. 1473. Capitulum Zagrabiense a Mathia rege 16. V. 1472. iussum nobilem Wlay de Lyppa in dominium castelli et possessionis Lyppae introducit. Or. P.

2756 D-XV-87 Budae 14. III. 1473. Mathias rex Georgio presbytero, filio qd. Laurentii de Dyankowcz, quandam portionem in eadem possessione cum iure regio nova donatione confert et capitulo Zagrabiensi praecipit, ut eum in dominium eiusdem portionis introducat. Tr. 10. VIII. 1478.

2757 D-XV-61 Albae 20. III. 1473. Mon. Zg. II 353, nr. 284.

2758 D-XV-87 (Zagrabiae) 22. IV. 1473. Capitulum Zagrabiense a Mathia rege litteris 14. III. 1473 Budae datis iussum Georgium presbyterum de Dyankowcz in dominium cuiusdam portionis nova donatione collatae introducit. Tr. 10. VIII. 1478.

2759 D-XV-62 Zagrabiae 23. V. 1473. Mon. Zg. II 358, nr. 288.

2760 D-XV-63 Zagrabiae 24. V. 1473. Mon. Zg. II 358, nr. 287.

2761 D-XV-98 Romae 19. VI. 1473. Sixtus papa electionem ministri capitularis ac visitatoris tertii ordinis s. Francisci in provincia Dalmatiae ordinat. Or. P.

2762 D-XV-64 Crisii 30. VII. 1473. Cum Nicolaus Bwdor de Bwdrowcz Andream de Kamarcza de vi accusaverit, vicebani Nicolaus de Dombo, Johannes de Gezth, Ladislaus Roh de Deche ac iudices nobilium comitatus Crisiensis inquisitionem faciunt, ex qua apparet Andreae iobagionem Barnabam, filium qd. Johannis Magni, quadragesima praeterita in Nicolai iobagionem Benedictum Philipoychicz sagittas coniecisse eiusque et alterius cuiusdam domos incendisse, deinde una cum Marco filio domum Zthankonis Samlarych, iobagionis Nicolai, depraedatum et ex curia Nicolai noctu quatuor boves furatum esse, postremo Andream ipsum cum suis hominibus villicum Nicolai Stephanum Sgworych in suam possessionem traduxisse. Or.

2763 D-XV-65 Tibure 12. VIII. 1473. Sixtus papa IV epistula ad Franciscum de Ragusio vicarium et fratres ordinis minorum provinciae Bosnae data permittit, ut possessiones, vineas atque alia bona, quae Christi fideles his Turcarum incursionibus devotionis causa eis largiantur, accipere, si vocati sint, etiam ultra flumen Savum usque ad Dravum in Chroatia et Sclavonia conventus erigere, ecclesiam presbyteri Philippi recipere et reditibus ecclesiae s. Mariae de Cherfato Corbaviensis dioecesis frui, confessiones et elemosynas ex alienis parochiis accipere possint; denique concessionem de eorum domo Segniensi approbat. Tr. 19. IX. 1681.

2764 D-XV-66 Zagrabiae 24. VIII. 1473. Mon. Zg. II 360, nr. 291.

2765 D-XV-74 Budae 27. VIII. 1473. Mathias rex capitulo Zagrabiensi praecipit, ut Jóhannem Bewenywd de Ozthrwsin in dominium possessionis Trepchycza in districtu Zlath et comitatu Zagrabiensi ei a rege nova donatione collatae introducat. Tr. 27. VIII. 1474.

2766 DV-I-96 Nonae 28. X. 1473. Franolus Pileich, civis Nonae, Petro Crisanich tertiam partem vineae gognalium $2^1/_3$ in villa Jesenovo ad s. Michaelem positam 15 libris coram Lancilazo Marcovich iudice vendit. Or. cum signo not. P.

2767 Privil 35 In Diosgyergy 19. XI. 1473. Mathias rex, cum »oratores« regni ad regnum Poloniae et imperatorem Turcarum missi reverterint, legatos comitatus Crisiensis ad diaetam Posonii 8. XII. invitat. Cop. vid. 1832.

2768 Privil. 36 In Diosgyeur 21. XI. 1473. Mathias rex, postquam honor banatus a Nicolao de Vylak et Damiano Horvath ablatus est, Johannem Ernusth thesaurarium et comitem Zoliensem, banum nominat, ab de hac re nobiles regni Sclavoniae certiores facit. Cop. vid. 1832.

2769 DV-I-97 Veglae 29. XI. 1473. Joannes de Frangapanibus Gasparo Scoblich, filio Budisclaui de se bene merito duas domos, vineas et terras donat. Cop. saec. XVIII.

2770 D-XV-67 (Zagrabiae) 28. XII. 1473. Mon. Zg. II 361, nr. 292.

2771 XXI-2/11 elen. I., nr. 468. 1473. Ioannes, filius Andreae, ac Nicolaus, filius Joannis, filiorum Ladislai de Kamarcsa, qui silvam Viskovicza in possessione Gudovcz Margarethae, uxori Petri de Gudovcz, filiae Catharinae, filiae qd. Nicolai, filii Gud de Gudovcz, restituere noluerunt, in ius vocantur. Regestum.

2772 XXI-2/11 elen. 1., nr. 555. 1473. Mathias rex Jacobo, Martino, Bartholomeo, Thomae, Dominico, filiis Gregorii de Jakozerdahel, possessiones Dyancheva zela, Belubiathya, Kys Megyurechye, Pleterna, Pichahege, Damiantelcke donat. Regestum.

2773 I d 12, elen IV, p. 23. (Chasmae- I. 1474. Anna Ilko, vidua Georgii Kastellan de Zentlelek, Ladislaum Kastellan coram capitulo Chasmensi iuridice prohibet, ne portionem suam in pertinentiis castelli Jesechnik alienet. Regestum.

2774 D-XV-68 Crisii 3. II. 1474. Ladislaus Hermani de Greben et Nicolaus de Posega, vicebani et comites comitatus Crisiensis, testantur ex inquisitione ad rogatum Emerici de Krwsowcz facta apparere Georgium litteratum atque Matheum et Stephanum, filios qd. Blasii Erthek, in Kenglowcz commorantes Emerici silvas in monte Babgmeryeza et Hrazthyna succidisse et ligna abstulisse. Or.

2775 D-XV-69 Zagrabiae 26. IV. 1474. Mon. Tur. II 13, nr. 13.

2776 Privil. 37 Budae 3. IV. 1474. Nobiles regni Sclavoniae coram Mathia rege cum Osvaldo, episcopo Zagrabiensi, concordiam in lite de decimis ineunt. Tr. 3. VII. 1474.

2777 I d 12, elen. IV, p. 23. Budae 3. V. 1474. Mathias rex Petro Bykzad liberam facultatem possessiones donandi concedit. Regestum.

2778 D-XV-70 Crisii 13. V. 1474. Johannes Ernust, Sclavoniae banus, in lite contra Thomam, filium Wythez de Kamarcza, quem Anthonius de Kwpincz de violentiis et furto accusaverat, quae iniuriae etiam inquisitionibus capituli Chasmensis et vicecomitum Crisiensium comprobatae sunt, Thomae, qui se innocentem esse asserebat, iuramentum in ecclesia s. Crucis Crisii coram iudice nobilium comitatus Crisiensis dicendum imponit. Or.

2779 Privil. 38 Crisii 14. V. 1474. Nobiles Sclavoniae, Varasdiniensibus exceptis, sententiam Mathiae regis in lite de decimis inter se et Osvaldum, episcopum Zagrabiensem, orta coram Michaele Orszagh de Guth palatino acceptare declarant. Cop. vid. 1832.

2780 D-XV-71 (Chasmae) 18. V. 1474. Petrus Zwythyn de Zeyanhrazthya sorori suae Annae, uxori Anthonii de Kopyncz, eas portiones in Zeyanhrazthyn et Gradyscha, quae a patre apud eam remanserunt, quamvis ius femineum non sequantur, atque dimidiam partem portionum, quas Petrus a qd. Henrico de Zeganhrastya iure proximae lineae consanguinitatis hereditate accepit, coram capitulo Chasmensi donat. Or. S.

2781 D-XV-71 (Chasmae) 18. V. 1474. Petrus Zwoythyn de Zeyanhrazthya et Anthonius de Kwpyncz coram capitulo Chasmensi stabiliunt, ut uter eorum, qui primus potuerit, portiones impignoratas qd. Henrici de Zeyanhrazthya redimat atque retineat, donec ab altera parte dimidiam partem pecuniae recipiat. Or.

2782 D-X-72 (Chasmae) 30. V. 1474. Capitulum Chasmense bano Johanni Ernust nuntiat se, ut ab eo iussum est, silvam Wykocza, quam nobiles Wytez de Kamarcza tenebant, Margarethae, uxori magistri Petri de Gwdowcz et filiae qd. Katharinae de Gwdowcz, restituisse. Or.

2783 Privil. 38 Budae 13. VII. 1474. Mathias rex litteras de concordia inter Oswaldum, episcopum Zagrabiensem, et nobiles regni Sclavoniae 3. V. 1474. coram se inita transumit et confirmat. Cop. vid. 1832.

2784 I d 12, elen. IV, p. 23 (Chasmae) 18. VII. 1474. Litterae capituli Chasmensis pro Gasparo Herkffy de Zajezda contra Gasparum Radyvoich de quodam liquido debito confectae. Regestum.

2785 D-XV-73 In Olmuncz 10. VIII. 1474. Mon. Zg. II 362, nr. 293.

2786 D-XV-74 (Zagrabiae) 27. VIII. 1474. Capitulum Zagrabiense a Mathia rege 27. VIII. 1473. iussum Johannem Bewenywd de Ozthrwsin in dominium possessionis Trepchycza introducit. Or. P. S.

2787 D-XV-75 Zagrabiae 5. IX. 1474. Mon. Tur. II 15, nr. 14.

2788 D-XV-76 Zagrabiae 19. XI. 1474. Mathias Olah de Gay, praedialis provinciae Dombrensis, possessionem Kandalowcz sibi a Michaele Lorandi, praediali provinciae Iwanich, 50 flor. auri impignoratam magistro Petro de Gwdowcz eodem pretio coram bano Johanne Ernust pignori obligat. Or. S.

2789 D-XV-89 In castro Medwe 19. XI. 1474. Johannes Twz de Lak Laurentium, filium qd. Dominici Cerkowych de Glawnicza, qui Turcarum incursione litteralia instrumenta amisit, omni solutione, exactione servitioque eximit et castellanos castrorum Medwe et Rakonok eum propterea molestare vetat. Tr. 6. VII. 1492.

2790 XXI-2/11 elen. 4., p. 5 1474. Mathias rex Christophoro et Joanni de Konzka forum hebdomadale in Zelnicza-Zenthdamankusz concedit. Regestum.

2791 XXI-2/11 elen. 1., nr. 542. 1474. Michael Chezmicze possessiones Bothkafelde et Laztesin (com. Cris.) Nicolao Posegaj de Garignicza pignori obligat. Regestum.

2792 Ožeg. XXXI, extr. 1., nr. 41. 1474. Articuli diaetae Budae Mathia rege absente decreti et in corpore iuris inserti. Regestum.

2793 D-IV-5 In Glawnycha 29. I. 1475. Ladislaus Byczkele de Zelnawar, Ladislaus Byzthryczey ceterique nobiles de Glawnycza Osvaldum, episcopum Zagrabiensem, rogant, ut Matheum, filium Stephani de Malchowcz, electum rectorem ecclesiae s. Trinitatis, confirmet. Tr. 25. I. 1484.

2794 D-IV-5 Zagrabiae 10. II. 1475. Elias de Soploncza, custos Chasmensis et canonicus locumtenens in ecclesia Zagrabiensi, Petro et Benedicto plebanis praecipit, ut Matheum novum rectorem ecclesiae s. Trinitatis de Glawnycza, in bona eiusdem ecclesiae introducant. Tr. 25. I. 1484.

2795 D-XV-77 (Zagrabiae) 4. III. 1475. Capitulum Zagrabiense coram notariis Johanne Stephani de Dropkowcz et Dionysio Jacobi de Oryawar cum Georgio, Johanne, Wilhelmo fratribus eorumque matre Barbara atque omnibus nobilibus et agrorum possessoribus, qui sub cultello decimali de Zagoria sunt, pactum facit de modo, tempore terminisque decimarum exigendarum, de moneta, de decimatorum iure atque de iis, qui de decimis eximuntur. Or. cum signo not. P. S.

2796 D-IV-5 In Glawnycza 5. III. 1475. Petrus et Benedictus plebani iussu litterarum Eliae de Soploncza, custodis Chasmensis et canonici ac locumtenentis in ecclesia Zagrabiensi, 10. II. 1475. datarum Matheum Stephani de Malchowcz, electum rectorem ecclesiae s. Trinitatis, in bona ecclesiae introducunt. Tr. 25. I. 1484.

2797 D-XV-78 Zagrabiae 11. III. 1475. Mon. Zg. II 362, nr. 294.

2798 D-XV-79 (Chasmae) 16. III. 1475. Capitulum Chasmense magistro Petro de Gwdowcz, vicario temporali episcopatus Zagrabiensis, de se bene merito eiusque heredibus se litteras sine pretio in sacristia sua datarum et sigillaturum esse promittit excepta tamen notarii mercede. Or. S.

2799 IV d 49-15 1. IV. 1475. (Croatice) Vitko Kraiac, gener Philippi sutoris, huius vineam Stanislao vicario claustri s. Nicolai de Guozd octo aureis et missa una secundum statuta Modrussiae vendit. Cop.

2800 D-XV-80 (Chasmae) 3. IV. 1475. Ladislaus de Erwencze villam Gywrgekowcz in possessione Alsowpezerye in comitatu Zagrabiensi a se acquisitam, quae iuri nobilium Stephani, Johannis, Petri, filiorum qd. Ladislai de Pezerye, attingit, centum florenis auri, quos pro ea villa expendit, dictis nobilibus coram capitulo Chasmensi remittit. Or. P. S.

2801 D-XV-81 Segniae 11. V. 1475. Capitulum Segniense canonicos Matheum Ivanzolich et Gregorium Cernicz procuratores suos apud episcopum Veglensem et vicarios episcoporum Modrussiensis et Arbensis ad petendam executionem cuiusdam bullae contra detentores proventuum et bonorum suorum nominat. Or.

2802 XV-82 (Chasmae) 17. V. 1475. Iohannes de Orechowcz nomine nobilium Philipoych de Bochkafelde coram capitulo Chasmensi iuridice prohibet, ne Michael, filius qd. Petri de Chezmycz, et Ladislaus Byczkele de Zelnawar novem sessiones iobagionales dictorum nobilium Nicolao Posegay de Garignycza vendant. Or.

2803 D-XV-99 Romae 31. V. 1475. Sixtus papa omnibus benefactoribus hospitalis a duce Petro Mocenico et senatu Venetiarum erecti plenariam peccatorum re-

missionem concedit. Adiectum est argumentum Italice scriptum. Exemplar typis descriptum.

2804 D-X-74 Zagrabiae 2. VI. 1475. Winnandus, abbas monasterii s. Mariae ord. Cisterciensium, et alii iudices ecclesiastici iure in litteris generalis synodi Basiliensis dd. 7. XI. 1435. contra eos, qui ecclesiae Zagrabiensi vim inferunt, contento usi Pangratio Awsperger, capitaneo in Methlika et Zamobor, Iankoui Choha castellano, Sebastiano Lawbseer ceterisque officialibus et complicibus eius a capitulo Zagrabiensi accusatis, quod vina et alia decimalia in Zamobor receperint et corruperint, sententia definitiva 20. V. 1475 lata 130 flor. auri multatis, nisi satisfecerint, excommunicationem intentant. Or.

2805 DV-I-98 Jadrae 3. VI. 1475. Simonela, filia qd. Simonis de Pechiaro et vidua qd. *Simeonis de Fanfogna, coram Dominico de Zadulinis, comitis consiliario*, confitetur se a Nadalino de Pechiaro, patruele suo, residuum ducatorum 300 auri pro bonis avi paterni recepisse. Or. cum signo not. P.

2806 D-XV-83 Budae 11. VI. 1475. Mon. Zg. II 367, nr. 298.

2807 D-XIV-54 26. VI. 1475. Mathias rex a Mathia Dmynych rogatus transumit litteras Bartholomei de Frangepanibus in Ozel 19. VII. 1465. datas de donatione quarundam possessionum Mathiae Dmynych atque litteras capituli Zagrabiensis 17. I. 1466. datas de introductione Mathiae in dominium earum possessionum a Mathia rege 11. XII. 1465 iussa. Or.

2808 DC-I-14 In Otocsacz 15. IX. 1475. Š. 278, nr. 178.

2809 D-XV-102 19. X. 1475. Andreas ac Georgius, filii Emerici Wythez de Thomasfalva, portiones suas in possessionibus Alsofyld, Keserfyld et Felsewfyld (com. Colos.) Stephano waywodae de Denk 200 flor. auri coram conventu b. Mariae de Colosmonostra sub certis condicionibus vendunt. Or. P. S.

2810 D-XV-50 (Chasmae) 1. XI. 1475. Ulricus, filius Johannis Eordög de Mariasovcz, fratrum suorum nomine dimidiam partem vadi in Dravo fluvio prope possessionem suam Keresztur Georgio, Joanni et Wilchelmo, comitibus Zagoriae, sub poena 50 florenorum coram capitulo Chasmensi tradit. Tr. 16. II. 1481.

2811 D-XV-84 In Kapornok 26. XI. 1475. Johannes de Bekes possessionem Kirsidfalwa in comitatu Walkomensi magistro Benedicto, notario domini Joe de Gara, eiusque uxori Sophiae 129 flor. auri coram conventu s. Salvatoris de Kapornok pignori obligat. Or.

2812 D-XV-85 Budae 9. XII. 1475. Comes Stephanus de Bathor, iudex curiae regiae, capitulo Chasmensi mandat, ut Michaelem Magnum, filium qd. Valentini dicti Juha de Schedywna, eiusque socios, a Margaretha, vidua Georgii Hoztho de Jarna, de violentiis accusatos in ius evocet. Or.

2813 D-XV-86 In Pawlowcz 12. XII. 1475. Dorothea Humzky, vidua Stephani de Greben, possessiones mariti sui in villis Hom, Hrasthyna, Lonycza, Kuranowcz, Lonya, Berzthecz, Mykchetincz, Premchevcz et Kersteryanoucz Johanni Therek de Rakowchecz 50 flor. auri coram bano Johanne Ernusth, comite Zoliensi, pignori obligat. Or.

2814 I d 170 sub T. 1475. Appellatio ad sedem Romanam in causa de decimis inter capitulum Zagrabiense et comites de Zagoria. Regestum.

2815 Ožeg. XXXI, extr. 1., nr. 42. 1475. Regni Sclavoniae nobiles quidam et Osvaldus, episcopus Zagrabiensis, coram palatino Michaele Orszagh concordiam ineunt, qua episcopo milii decimas praestare debent. Regestum.

2816 D-XVI-1 10. IV. 1476. Testamentum Clementis, filii qd. Valentini de Sabnicza-Zenth-Iwan. Testamentum a Johanne, locumtenente capituli Chasmensis, 28. V. 1476. confirmatum est. Or.

2817 D-XVI-2 In Zomzedwar 21. IV. 1476. Dorothea vidua et Johannes, filius qd. Hennynghi de Zomzedwar, capitulo Zagrabiensi promittunt se suosque heredes iuxta compositionem factam decimas ex bonis castri Zomzedwar ac Superioris et Inferioris Zthwbyczae »in moneta bona denariorum Viennensium aut ad numerum capetiarum in florenis...« persoluturos esse. Or. mancum. P.

2818 D-I-37 Budae 1. V. 1476. Stephanus de Bathor, iudex curiae regiae, ad rogatum magistri Georgii, gubernatoris abbatiae Thopolcensis, par litterarum Belae regis in Segusth a. 1242. de divisione terrarum castri de Guora datarum edit. Cop. vid. P.

2819 D-XVI-3 Zagrabiae 9. V. 1476. Ladislaus Christofori de Glawnycza, iudex nobilium comitatus Zagrabiensis, testatur se praesente Somkonem, capitaneum civitatis Montis Grecensis, Blasio institori institam et mercantias remittere atque sigillationem removere noluisse, sed graves contumelias intulisse. Or.

2820 DV-I-99 Jadrae 27. V. 1476. Blaxius de Soppe, procurator monasterii s. Mariae de Iadra, coram Zoylo Ferra, consiliario comitis, testatur Natalinum de Pechiaro ducatos 30 auri (ac quidem 20 ducatos monasterio et quinos abbatissae Vladislauae monialique Nicoletae de Pechiaro) quos qd. Lucia, uxor Natalini, in suo testamento legaverat, re vera solvisse. Or. cum signo not.

2821 D-XVI-4 Budae 16. VI. 1476. Mon. Zg. II 369, nr. 300.

2822 Privil. 39 (Chasmae) 24. VII. 1476. Capitulum Chasmense a Michaele Orzagh de Gwth palatino litteris Budae 13. VII. 1476. datis iussum inquisitionem facit, ex qua apparet accusationes Nicolai de Mindzenth contra Nicolaum Posegay de Garydincha veras esse; quare reum in ius coram bano vocat. Cop. vid. 1832.

2823 D-XVI-5 Crisii 12. VIII. 1476. Petrus Bochkay de Razynya-Kereczthur, regni Sclavoniae banus, a Dorothea, vidua Nicolai Bwdor de Bwdrowcz, rogatus, horum filium Andream quinque annos natum et filiam Katherinam duo et dimidium annos natam esse videri testatur. Or.

2824 D-XVI-6 Crisii 13. VIII. 1476. Petrus Bochkay de Razynya-Kerezthwar, regni Sclavoniae banus, in causa inter Georgium Wytez de Kamarya et Johannem de Gezth de quodam molendino in confluentibus Kamaryae et Bathyni sito mota capitulo Chasmensi praecipit, ut inquirat, num Johannes de Gezth aliud molendinum infra Georgii molendinum fabricatus sit; quod si fecerit, ut iuxta sententiam bani Ulrici, comitis Ciliae, novum molendinum diruat. Or.

2825 D-XVI-7 (Chasmae) 15. VIII. 1476. Michael de Chezmycze possessiones in Bochkafelde et Lazthesin Nicolai Posegay de Garighnycza centum flor. auri coram capitulo Chasmensi pignori obligat. Or.

2826 D-XVI-11 Crisii 20. VIII. 1476. Petrus Bochkay de Razina-Kerezthur banus capitulo Chasmensi praecipit, ut Ladislaum de Erwencze in dominium possessionum in Bwkowcz introducat. Tr. 5. X. 1476.

2827 D-XVI-8 (Chasmae) 25. VIII. 1476. Mon. Tur. II 376, nr. 303.

2828 D-XVI-9 (Chasmae) 26. VIII. 1476. Mon. Tur. II 377, nr. 304.

2829 D-XVI-10 In Bela 28. VIII. 1476. Mon. Tur. II 378, nr. 305.

2830 DV-I-100 Venetiis 28. IX. 1476. Andreas Vendraminus, dux Venetiarum, de lite, in qua de quodam canonicatu inter nobiles coram iudice ecclesiastico Ragusii agebatur, a Daniele de Drusco, oratore popularium Catari, certior factus, Joanni Donato, comiti Catari, mandat, ut provideat, ne nobiles ius suum usquam alibi nisi in terris Venetis secundum legum praecepta persequantur, ac sententia a iudice externo lata pro nihilo habeatur. Or. P. S.

2831 D-XVI-12 Budae 3. X. 1476. Mathias rex capitulo Chasmensi praecipit, ut metas possessionis capituli Zagrabiensis Kralyowcz et silvae Gay reambulet et novas metas erigat. Tr. 7. XI. 1476.

2832 D-XVI-11 (Chasmae) 5. X. 1476. Capitulum Chasmense a bano Petro Bochkay de Razyna-Kerezthwr litteris 20. VIII. 1476. datis iussum Ladislaum de Erwencze in dominium possessionum in Bwkowcz, quas ei Michael, filius qd. Petri de Chezmicze, pignori obligavit, nemine contradicente introducit. Or.

2833 D-XVI-12 (Chasmae) 7. XI. 1476. Capitulum Chasmense a Mathia rege litteris Budae 3. X. 1476. datis iussum metas possessionis capituli Zagrabiensis Kralyowcz et silvae Gay reambulat et novas metas erigit. Cop. saec. XVIII.

2834 D-XV-14 Budae 11. I. 1477. Mathias rex capitulo Zagrabiensi mandat, ut in causa magistri Stephani de Hashagh, magistri Petri de Gwdowcz et Blasii Brigae de

Jakozerdahel de possessionibus Sabnicza et Kopinno contra filios Damiani Horwath de Lithva mota inquisitionem faciat. Tr. 27. I. 1477.

2835 D-XVI-13 Crisii 24. I. 1477. Ladislaus de Zenche et Andreas Capitan de Desnycze, vicebani et comites iudicii nobilium comitatus Crisiensis, inquisitione ad rogatum magistri Stephani de Hassagh, protonotarii curiae regiae, magistri Petri de Gwdowcz et Blasii Brigae de Jakozerdahel facta testantur eorum possessiones Sabnycza et Kwpyno ante septem annos a qd. Damiano Horwath de Lithwa, tunc bano, eiusque fratre Petro ex consilio Frusynae, Damiani uxoris, vi occupatas esse et nunc etiam a Petro et Damiani prole teneri. Or.

2836 D-XVI-14 (Zagrabiae) 27. I. 1477. Capitulum Zagrabiense a Mathia rege litteris Budae 11. I. 1477. datis iussum inquisitione facta bano Ladislao de Egerwara nuntiat possessiones Sabnicza et Kopinno, quae magistri Stephani de Hashagh, protonotarii curiae regiae, magistri Petri de Gwdowcz et Blasii Brigae de Jakozerdahel sunt, ante septem annos a qd. Damiano Horwath de Lithwa, tunc bano, eiusque fratre ex consilio Frusinae, Damiani uxoris, vi occupatas esse et nunc etiam a Petro et Damiani liberis teneri. Or.

2837 D-XVI-15 (Chasmae) 30. I. 1477. Capitulum Chasmense inquisitione iuxta mandatum Mathiae regis dd. 11. I. 1477. facta bano Ladislao de Egerwara nuntiat possessiones Sabnicza et Kopinno a Petro, fratre qd. Damiani Horwath, et a huius liberis illegitime teneri, quare Petrum in ius vocatum esse.

2838 D-XV-103 post 30. I. 1477. Mathias rex ad supplicationem Stephani de Hassagh, iudicis curiae, nec non Petri de Gwdowcz ac Blasii Brigae de Jakozerdahel, qui Damianum Horwath eiusque fratrem Petrum de quibusdam bonis indebite possessis accusaverunt, comitibus comitatus Crisiensis mandat, ut eadem bona petitoribus restituant. Or. laesum.

2839 D-XVI-16 Budae 9. III. 1477. Mathias rex Christophoro et Johanni, filiis Petri Kontzky de Kontzka, pro eorum officiis permittit, ut castellum ligneum seu fortalitium, quod in sua possessione Zelanczch-Zenth-Damokos contra Turcarum incursiones erexerunt, melius muniant. Or. P. S.

2840 D-XVI-16 Budae 9. III. 1477. Mathias rex Christophoro et Johanni Konczky de Konczka forum hebdomadale feria quaque tertia hebdomadis in ipsorum possessione Zelanczch-Zenthdamokos concedit. Or. P. S.

2841 D-X-76 Budae 23. V. 1477. Mathias rex Sigismundum, episcopum Quinqueecclesiensem, et Johannem, filios olim Johannis Ernusth, thesaurarii regii, eiusque uxorem Katherinam ab omni ratione danda de censibus et redditibus regni, quos olim Johannes administravit, absolutos reddit, eisque 20.000 florenis auri et castro Dobrakwtchya acceptis castrum s. Georgii et castella Prodawycz et Kaproncza donat atque totum ius regium in castris Chakthornya et Strygo confert, quae etiam ad tres annos ab omnibus contributionibus eximit. Tr. 10. IV. 1486.

2842 D-X-76 Budae 23. V. 1477. Mathias rex capitulo Albensi mandat, ut Sigismundum, episcopum Quinqueecclesiensem, et Johannem, filios Johannis Ernusth, olim thesaurarii regii, in dominium castri s. Georgii et castellorum Prodawycz et Kaproncza introducat. Tr. 10. IV. 1486.

2843 D-X-76 Budae 23. V. 1477. Mathias rex capitulo Albensi mandat, ut Sigismundum, episcopum Quinqueecclesiensem, eiusque fratrem Johannem in dominium iuris regii in castris Chakthornya et Strygo introducat. Tr. 10. IV. 1486.

2844 D-XVI-18 Budae 7. VI. 1477. Mon. Zg. II 381, nr. 306.

2845 D-XVI-19 Crisii 14. VI. 1477. Ladislaus de Zenche et Andreas Kapitanfy de Desnycze, vicebani et comites iudicii nobilium comitatus Crisiensis, testantur ex inquisitione ad rogatum Jane de Chanygh, comitis de Zalathnok, facta apparere iobagiones Elizabethae, viduae Demetrii de Bakawcza, ab ea missos in domum Franconis, Jane iobagionis in Bakawcza, irruisse eamque spoliasse eiusque uxorem Ztanam sauciasse. Or.

2846 D-CXL-58 10. VIII. 1477. Testamentum Nicolai Nassi. Tr. 1796.

2847 D-XVI-20 In Korneuburg 1. X. 1477. Mathias rex Sigismundum, episcopum Quinqueecclesiensem, eiusque fratrem Johannem de 20.000 florenis auri, quos ex testamenti dispositione sui patris Johannis Ernusth, summi thesaurarii regis, solvere regi debebant, et de quibusdam contractibus inter regem et episcopum factis expeditos dicit. Or.

2848 Privil. 40 In Korneuburg 18. X. 1477. Kuk. Jura reg. I 213, nr. 146.

2849 D-XVI-21 Budae 19. XI. 1477. Mon. Zg. II 382, nr. 308.

2850 DV-III-1 Spalati cca. 1477. (Italice) Extractus divisionis bonorum familiae Maroli a. 1477. factae et conscriptio fundorum unicuique partium eiusdem familiae obvenientium. Cop. saec. XVIII.

2851 I d 12, elen. IV, p. 24. 1477. (Chasmae) Capitulum Chasmense metas possessionum Vellessevecz et Turnische ad castrum Joannis Chuz, quondam Croatiae bani, Bisztricza pertinentium describit. Regestum.

2852 I d 170, sub 0. 1477. Magdalena Mikchehez portionem in possessione Orehovecz et Sz. Peter 10 flor. cuidam obligat. Regestum.

2853 D-XVI-71 (Zagrabiae) 1. I. 1478. Petrus Bykzaad obligationes incolarum possessionis suae Wyhel, qui a Turcis multa passi sunt, coram capitulo Zagrabiensi ita moderat, ut ex singulis sessionibus, quae ex 16 »dretis« terrae constent, tantum sex pensas Viennensium denariorum (quorum 6½ pensae unum florenum Hung. faciunt), decimam partem frugum et foeni ac dona consueta annuatim solvere debeant. Tr. 2. V. 1568.

2854 D-XVI-72 (Zagrabiae) 2. I. 1478. Mon. Zg. II 385, nr. 309.

2855 DV-I-101 Lesinae 30. I. 1478. Petrus Mauro, comes Lesinae, sententiam fert, ut magazena retro armamentarium in locis communis a Paladino qd. Doymi, magistro Nicolao calefacto, Antonio qd. Negosii et magistro Petro sutore fabricata, expensis in fabricando persolutis, pro bono publico communitati assignentur. Or. cum signo not. P.

2856 D-XVI-22 (Chasmae) 8. II. 1478. Johannes de Novo loco prope Bykzaad, plebanus b. Briccii de Bosyako, nomine Georgii, filii qd. Nicolai Castellan de Zenthlelek, et huius cognationis ante capitulum Chasmense intercessionem facit contra Georgium et Vilhelmum, comites Zagoriae, banum Ladislaum de Egerwara, vicebanum Vincentium, Georgium de Thurocz, Georgium de Pathak, qui Castellani possessiones Bykzad, Wyhel, Zenthpeter, Sancta Clara, Bedennycza ultra Zawam a Mathia rege obtinere nituntur. Or.

2857 D-I-67 Budae 14. II. 1478. Mathias rex cives et hospites oppidi Jaszterbarszka a quibusdam tributis castro Lipovcz solvendis liberat diesque celebrationis nundinarum statuit. Tr. 20. XI. 1481 et a. 1495. (in festo v. Mariae).

2858 I d 12, elen. IV, p. 25. (Budae) 21. II. 1478. Anna, filia Georgii, et Sophia, vidua Petri de Bykzad, coram capitulo Budensi regem Mathiam a donatione possessionum Bykzad comitibus Ciliae eorumque sociis iuridice prohibent. Regestum.

2859 D-XVI-23 Posonii 27. II. 1478. Mathias rex Johanni Bewenygwd de Ostrusin, castellano castri sui Kozthonycza, pro servitiis possessiones Lypowecz et Dedin nova donatione cum iure regio confert. Or. P. S.

2860 D-XVI-24 Budae 3. III. 1478. Stephanus de Bathor, iudex curiae regiae, capitulo Chasmensi praecipit, ut possessionem Klokothowcz, quam magister Stephanus de Hashagh, protonotarius curiae regiae, a Mathia rege pro officiis dono acceptam magistro Petro de Gwdowcz 275 flor. auri vendidit, huic tradi faciat. Or.

2861 I d 12, elen. IV, p. 24 Albae 3. III. 1478. Georgius, filius Nicolai Kastellan de Zenthlelek, comites de Egerwara eorumque socios coram conventu cruciferorum Albensi iuridice prohibet, ne possessiones Vyhel, Szenth-Peter et s. Clara Chehi impetrent. Regestum.

2862 D-XVI-25 Tininii 9. III. 1478. Vicebanus Georgius Horwath capitulum Tininiense inquirere iubet, num homines et castellani castri Ostrowiczae a Georgio

Mychwlichich de Bwsyn iussi in domos Gregorii Mytchich ac Pauli Chwsich de Lappacz irruerint easque spoliaverint. Tr. 14. III. 1478.

2863 D-XVI-69 Budae 10. III. 1478. Sigismundus, episcopus Quinqueecclesiensis, qui cum Petro Kaczor de possessione Ztruga-Zenth-Peter alio nomine Re-Zenth-Peter litigabat, coram Michaele Orzag de Gwth palatino se litteras de ea possessione exhibiturum esse pollicetur. Tr. 17. X. 1504.

2864 D-XVI-25 (Tininii) 14. III. 1478. Capitulum Tininiense Mathiae regi nuntiat ex inquisitione, quam mandato vicebani Georgii Horwath dd. 9. III. 1478. fecit, apparere accusationem contra Georgium Mychwlichich veram esse. Or.

2865 DC-I-9 In Novi 4. V. 1478. Š. 282, nr. 182.

2866 D-XVI-75 Budae 6. V. 1478. Mathias rex fortalitium Gregwryewecz ac portiones possessionarias in possessionibus Gregwryewecz, Bwzwcha, Therpenych, Stangowecz, Zloboda et Drozgometh (com. Zagrab.) propter notam infidelitatis Andreae Mythlich de Bwzwcha ademptas et Friderico Sthoz de Zenthjakab donatas fratribus Johanni et Simoni Mythich de Bwzwcha, qui easdem possessiones a dicto Friderico redemerunt, ad eorum supplicationem titulo novae donationis restituit. Or. P.

2867 DV-I-102 Romae 7. V. 1478. Sixtus IV papa ad petitionem capituli Arbensis archiepiscopo Jadrensi mandat, ne numerum duodecim canonicorum augeat. Or. P.

2868 D-XVI-26 Crisii 8. V. 1478. Ladislaus de Zenche et Andreas Capitan de Desnycze, vicebani et comites comitatus Crisiensis, testantur ex inquisitione, quam a Petro, filio qd. Nicolai Mykchez de Cirquena rogati fecerunt, apparere Petri possessionem Sabnyczam medio mense iunio anni 1471. a Damiano Horwath de Lythwa, tunc bano, vi occupatam esse, cum autem mense iulio ineunte dictus banus cum collega Blasio Magyar circa oppidum Rakonuk omnes nobiles regni Sclavoniae ad expeditionem contra Turcas coegerit, Nicolaum Mykchecz a Damiano bano captum et retentum esse, donec ei suam possessionem cesserit. Or.

2869 D-X-76 (Albae) 20. V. 1478. Capitulum Albense testatur se a Mathia rege 23. V. 1477. iussum Sigismundum et Johannem, filios olim Johannis Ernusth, in dominium castri s. Georgii et castellorum Prodawyz ac Kapronecza eorumque pertinentiarum introduxisse. Tr. 10. IV. 1486.

2870 D-X-76 (Albae) 24. V. 1478. Capitulum Albense testatur se a Mathia rege 23. V. 1477. iussum Sigismundum et Johannem, filios olim Johannis Ernusth, in dominium iuris regii in castris Chakthornya et Strygo introduxisse. Tr. 10. IV. 1486.

2871 I d 12, elen. IV, p. 24 Budae 13. VI. 1478. Mathias rex Annam Bykzad, filiam Georgi de eadem, et Sophiam, viduam Petri de eadem, contra banum Joannem Thuz de Laak, qui earum bona turbat, protegit. Regestum.

2872 D-XVI-27 Budae 15. VI. 1478. Mon. Zg. II 393, nr. 313.

2873 D-XVI-28 Budae 27. VI. 1478. Mathias rex banis Sclavoniae praecipit, ut fratres ordinis minorum claustri b. Mariae in civitate Kapronecza eorumque possesionem Mogyna contra Sigismundum, episcopum Quinqueecclesiensem, Georgium, plebanum Kaproneczae, castellanum castelli Kaproneczae et horum familiares tueantur. Or. S.

2874 DV-I-103 (Spalati) 4. VII. 1478. Testamentum Michaelis .. Or. mancum. P.

2875 D-XVI-29 In Hreglin 28. VII. 1478. Stephanus de Frangepanibus, Martinum Ostrecherich, cui officium regendi cuncta castra dederat, hoc fidelissime functum esse testatur.

2876 D-XVI-87 10. VIII. 1478. Mathias rex, a Georgio presbytero, filio qd. Laurentii de Dyankowcz, etiam eius fratrum nomine rogatus approbat et transumit: litteras suas Budae 14. III. 1473. datas de donatione possessionis Dyankowcz et litteras capituli Zagrabiensis 22. IV. 1473. datas de introductione Georgii in dominium eiusdem portionis. Or. P. S.

2877 D-XVI-30 (Chasmae) 16. X. 1478. Anna, vidua Nicolai Castellanfy de Zenthlelek, sex sessiones iobagionales in possessione Dimichkfelde Akacio Adae de Zenthlelek 36 flor. auri coram capitulo Chasmensi pignori obligat. Or.

2878 D-XV-93 Crisii 18. X. 1478. Banus Ladislaus de Egerwara capitulum Chasmense rogat, ut Mathiam Zwdecz de Werh in dominium sessionis in villa Werh possessionis Koscherowcz introducat. Tr. 10. XI. 1478.

2879 Privil. 41 Crisii. 25. X. 1478. Kuk. Jura reg. I 215, nr. 147.

2880 D-XV-93 (Chasmae) 10. XI. 1478. Capitulum Chasmense testatur se ad rogatum bani Ladislai de Egerwara dd. 18. X. 1478. Mathiam Zwdecz de Werh in dominium sessionis in possesione Koscherowcz introduxisse. Tr. 15. X. 1480.

2881 D-XVI-31 Budae 13. XII. 1478. In lite inter Ladislaum Hermani de Greben et Akacium Adae de Zenthlylek, ab una, atque Thomam et Stephanum, filios qd. Nicolai de Garbonok, parte ab altera, Stephanus de Bator, iudex curiae regiae, litteris Ladislai de Egerwara bani dd. 22. X. 1478. visis, Thomam et Stephanum de Garbonok ab ulteriore impetitione actorum exoneratos esse ratus causam ad banum remittit. Or.

2882 D-XVI-32 Priniis 22. I. 1479. Johannes de Frangapan Ambrosio, filio Andreae Balze de Bossilewo, pro eius officiis villas Ischowo et Zemenysthye in districtu castelli sui iuxta fluvium Doobra donat. Or. P. S.

2883 IV d 49-9 In Othochacz 3. II. 1479. Martinus de Frangapanibus Mixae Lychkowych pro servitiis praecipue in pugna in campo Rygomezew alio nomine Kozowopolye Johanne de Hunyad duce eum strenue defendendo praestitis possessiones Dolecz et Gradecz in districtu castri Zthenychnyak sitas confert. Or. P. = = Tr. 2. VIII. 1551.

2884 D-XVI-39 In castro Novigrad 13. III. 1479. Martinus de Frangepanibus capitulo Zagrabiensi castellum Gradecz prope Hraszthoviczam, iam antea eidem impignoratum, praeterea fortalitia Ztari Gradecz et in Petrinya contra incursiones Turcarum extructa atque 22 villas et oppidum Petrinya in perpetuam elemosynam« confert. Tr. 31. I. 1480.

2885 D-XVI-33 In Novi 1. V. 1479. Martinus de Frangepanibus monasterio b. Mariae sub castro suo Novi fundato, ordinis s. Pauli eremitae, possessionem Duoboroyėze in districtu suo de Gazka donat. Cop. saec. XVIII. male descripta = Tr. 4. XI. 1486.

2886 D-VIIa-129 Budae 10. VI. 1479. Mathias rex castellanis castri Brynnie mandat, ut tributum a civitate Segniae exigere desistant. Cop. rec.

2887 D-XVI-34 Bunnae 24. VIII. 1479. Mathias rex Simoni Keglewich de Porichan universa tributa mardurinalia ex eius possessionibus Ramlian, Super Porychane, Wezuliae et portionibus in Inferiore Porychane, Kochewychy, Pokrowniczy, Perkli et Dobrawoda pro eius meritis remittit atque exigi vetat. Or. P.

2888 DV-I-104 Sibenici 14. IX. 1479. Archipresbyter Sibenicensis Stephanus Cimatorich domum in contrata s. Georgii sitam, quam a Jacobo Bragadino, olim episcopo Nonensi, emit, sed pretium eius numquam solvit, Nicolao Difnico, procuratori fratris eius Georgii Difnici, nunc episcopi Nonensis, ducatis 77 auri cedit. Ex quadernis notarii. Or.

2889 D-XVI-35 In Zerdahely 22. IX. 1479. Banus Ladislaus de Egerwara capitulum Zagrabiense inquisitionem de querimonia Oswaldi, episcopi Zagrabiensis, facere iubet, qui questus est pecunias aliasque res, quas iobagiones Sigismundi, episcopi Quinqueecclesiensis, iobagionibus Oswaldi in oppido Predawicz aliisque locis deberent, omnibus petitionibus suis neglectis non persolvisse. Or.

2890 D-XVI-36 In Gudowcz 26. IX. 1479. Banus Ladislaus de Egerwara capitulo Zagrabiensi praecipit, ut inquisitionem faciat, num Johannes Cheh, familiaris Sigismundi episcopi Quinqueecclesiensis, a quibusdam intus nominatis instigatus, Mathiam Batuoich, Martinum Prasnyakoich et Georgium Antolich, iobagiones Oswaldi, episcopi Zagrabienssis, sicut hic questus est, 18. VII. 1479. in via ad villam Oresye vulneraverit. Or.

2891 D-XVI-37 (Zagrabiae) 22. XII. 1479. Capitulum Zagrabiense Johanni Bewenywd de Zgrad pro officiis praecipue in conservandis castellis Inferiore Gradecz et Petryna ab eo praestitis omnes litteras in futurum gratis dare promittit. Or. P.

2892 D-XVI-38 20. I. 1480. Benedictus, custos et canonicus Quinqueecclesiensis, recedere vetatur in causa Osvaldi, episcopi Zagrabiensis et patrum in Kamara. Or. mancum et exesum cum signo not. P.

2893 IV d 49-10 Budae 28. I. 1480. Mathias rex ad rogatum Bernardi Zthwczych litteras dd. 15. VIII. 1467., quibus Martinus de Frangepanibus ei possessionem Zamersye donavit, ea condicione confirmat, ut sibi possessionem Malwycze ad castrum Okych pertinentem restituat. Or. P. S.

2894 D-XVI-39 Budae 31. I. 1480. Mathias rex a Georgio, gubernatore abbatiae de Thoplyka et canonico Zagrabiensi rogatus, litteras Martini de Frangepanibus de donatione castelli Gradecz et fortalitiorum Ztari Gradecz et Petrinya capitulo Zagrabiensi 13. III. 1479. editas transumit et confirmat. Cop. vid. saec. XVIII.

2895 IV d 49-11 Budae 31.I. 1480. Mathias rex capitulo Zagrabiensi praecipit, ut Bernardum Zthwczych in dominium possessionis Zamersye, quam ei qd. Martinus de Frangepanibus donavit, introducat. Tr. 7. II. 1480.

2896 D-XVI-40 Budae 2. II. 1480. Magister Georgius, canonicus Zagrabiensis et gubernator abbatiae de Thoplyka, possessionem Pernya, quam a Martino de Frangapanibus (cui et Katherinae, viduae Georgii Glaynar, a Nicolao Swbych de Berberio oppignorata erat) eadem pecuniae summa soluta dono accepit, Christoforo, filio Nicolai Swbych, notario cancellariae regiae, cum 120 flor. auri persolverit, remittere coram Mathia rege promittit. Or. S.

2897 D-XVI-46 Budae 2. II. 1480. Mathias rex capitulo Zagrabiensi mandat, ut Christoforum de Pernya eiusque patrem Nicolaum Sybych et fratrem Georgium in dominium iuris regii in possessione Pernya introducat. Tr. 28. X. 1480.

2898 D-XVI-46 Budae 2. II. 1480. Mathias rex Christoforo de Pernya, cancellariae suae notario, eiusque patri Nicolao Swbych et fratri Georgio omne ius regium in possessione Pernya donat. Tr. 1. II. 1481.

2899 D-XVI-42 Budae 5. II. 1480. Mathias rex capitulo Albensi mandat, ut Georgium, filium qd. Nicolai Gasparowych de Sybeniko, eiusque fratres Iohanem et Petrum in dominium possesionis Omyslawaz et praediorum Grahowystche et Zinoliui in districtu de Gatzka, quae eis Martinus de Frangepanibus donavit, introducat. Tr. 1. IX. 1480.

2900 IV d 49-11 (Zagrabiae) 7. II. 1480. Capitulum Zagrabiense a Mathia rege 31. I. 1480. iussum Bernardum Zthwczych in dominium possessionis Zamersye, quam ei qd. Martinus de Frangepanibus donavit, introducit. Or. P.

2901 D-XV-94 Zagrabiae 9. II. 1480. Georgius et Iohannes, filii qd. Benedicti de Komor, Georgium filium, Benedicti de Turocz, coram Michaele Orszagh de Guth palatino et Stephano de Bathor, iudice curiae regiae, accusat, quod, licet inter eos de bonis in Ozek, Zennö et Bukowcz compositio facta fuisset, tamen reus iterum viginti sessiones in Ozek vi occupaverit et alias violentias fecerit. Tr. 9. II. 1651. et 8. VIII. 1769.

2902 B II Var-3 In Nova Civitate 19. II. 1480. Fridericus imperator Nicolaum de Tolentis, fratrem Lucae, episcopi Sibenicensis, eiusque filios et heredes sororum eius ad gradum equitum S. Romanorum imperii promovet. Cop.

2903 DV-I-97 Venetiis 21. II. 1480. Augustinus Barbarigo, dux Venetiarum, Maurino Mauro, comiti Vegiae, expensas a Gasparo Budislavich Venetiis factas resarciri commendat. Cop. saec. XVIII.

2904 Id 32, ad f. 855. IV. 1480. Genealogia parentum Ladislai Dorabos.

2905 Privil. 41 1. V. 1480. Kuk. Iura reg. I 215, nr. 147 (falso 28. XI. 1480).

2906 D-XVI-41 Budae 25. VII. 1480. Cum magister Nicolaus Martinwsewych, archidiaconus Clisiensis, et Maryan, filius Stephani de Polycza, nuntii et oratores districtus Policensis, huius voluntatem, ut se regi Hungariae denuo subiceret,

declaraverint, Mathias rex districtum Policensem in deditionem accipit, vectigalia statuit, bona nobilibus, praecipue eis, qui bona in territorio alieno amittent, confert, auxilium contra Turcos pollicetur et privilegia confirmat. Or. P. = Cop. rec. (D-XVI-76).

2907 D-XVI-43 Strigonii 19. VIII. 1480. Michael Orzag de Gwth palatinus conventui cruciferorum ecclesiae b. Stephani regis praecipit, ut Mathiam regem, qui in causa Sigismundi, episcopi Quinqueecclesiensis, contra Petrum Kaczor de Lak de possessionibus Rew-Zenth-Peter mota quasdam litteras expedire noluerat, in ius evocet. Tr. 2. IX. 1480.

2908 D-XVI-42 Albae 1. IX. 1480. Capitulum Albense a Mathia rege 5. II. 1480. iussum, Georgium, filium qd. Nicolai Gasparowych de Sybeniko, eiusque fratres Iohannem et Petrum in dominium possessionis Omyslawaz et praediorum Grabowystche et Zinoliui introducit. Or. P.

2909 D-XVI-43 Albae 2. IX. 1480. Conventus cruciferorum domus hospitalis ecclesiae b. Stephani regis de Alba a Michaele Orzag de Gwth palatino 19. VIII. 1480. iussus Mathiam regem in ius evocat. Or.

2910 D-XVIII-85 (In Warad) 26. IX. 1480. Emericus Ketzer, filius qd. Iohannis litterati de Radwan, omnes portiones suas fratrumque suorum in possessionibus Zekwdwar, Kwthws et Macha Iohanni Kwthe de Kehtegyan 100 flor. auri Hung. coram capitulo Warasdiensi denuo oppignorat. Tr. 22. XI. 1492. per summa capita.

2911 D-XVI-74 Zagrabiae 3. X. 1480. Matthias rex, quo melius Turcas repellere possit, omnes nobiles aliosque homines comitatus Zabolch contributionem in festo s. Martini solvendam statim solvere iubet. Cop. rec.

2912 D-CXXV-8 Zagrabiae 8. X. 1480. Tr. 24. II. 1764. Mon. Zg. II 402, nr. 320.

2913 D-XVI-66 Zagrabiae 9. X. 1480. Mathias rex Blasio Magiar, capitaneo civitatis Novi de Vinodol. mandat ne septem cives eiusdem civitatis, qui per unum mensem »arte saggitandi« civitatem defendere debent, novis muneribus vexet. Tr. XI. 1486.

2914 D-XV-93 Zagrabiae 15. X. 1480. Mathias rex litteras Georgii, Zagoriae comitis, de donatione sessionis a bano Damiano Horwath Mathiae Zwdecz 29. IX. 1472. editas ac litteras capituli Chasmensis de introductione eiusdem 10. XI. 1478. editas transumit et confirmat. Tr. 12. XII. 1559.

2915 D-XVI-46 (Zagrabiae) 28. X. 1480. Capitulum Zagrabiense testatur se iuxta mandatum Mathiae regis dd. 2. II. 1480. Christoforum de Pernya eiusque patrem Nicolaum Swbych et fratrem Georgium in dominium possessionis Pernya iure regio introduxisse. Tr. 1. II. 1481.

2916 Privil. 42 In Bela 29. IX. 1480. Mathias rex camerariis salium interdicit, ne colonos et iobagiones nobilium regni Sclavoniae illegitime turbent. Cop. vid. 1832.

2917 D-I-67 Zagrabiae 21. XII. 1480. Mathias rex officialibus castri Lipovatz interdicit, ne incolas oppidi Jasztrebarska in antiquis libertatibus iam a Bela rege eis collatis turbent. Tr. 29. IV. 1670.

2918 D-IV-10 (Zagrabiae) 5. I. 1481. Capitulum Zagrbaiense ad rogatum Ilkae, viduae Georgii de Pathak, litteras de reambulatione terrarum quarundam a bano Mykecz 9. VIII. 1342. datas, ab Ulrico, comite Ciliae et bano, 15. IV. 1454. transumptas et a rege Ladislao vero 19. IV. 1456. transumptas denuo transumit. Or.

2919 IV d 49-12 (Segnae) 8. I. 1481. Capitulum Segnense a Martino Bagliardich de Segna rogatum litteras comitis Sigismundi de Frangepanibus 12. V. 1437. lingua Sclavonica confectas in linguam Latinam vertit et transumit. Or.

2920 D-XVI-44 Budae 15. I. 1481. Cum Ladislaus et Stephanus, filii Mauritii de Meggyesalya, apud regem questi sint suas terras in comitatu Zathmariensi ab Emerico de Zapolya ex consilio Ladislai Lancz de Karol vi occupatas esse, Mathias rex comiti et iudicibus comitatus Zathmariensis praecipit, ut inquisitione facta terras memoratas dominis restituant et aggressores in ius vocent. Or.

2921 D-XVI-45 Zagrabiae 21. I. 1481. Mathias rex capitulo Zagrabiensi praecipit, ut Petrum de Gudowcz in dominium possessionis Radoslaw in comitatu Crisiensi, quae olim Petri, filii Mathei de Radoslaw fuit, sed per defectum seminis eiusdem ad regem devoluta et Petro donata est, introducat. Or. S.

2922 D-XVI-46 1. II. 1481. Mathias rex litteras suas de donatione iuris regii in possesione Pernya Christoforo de Pernya eiusque patri Nicolao Swbych et fratri Georgio 2. II. 1480. editas ac litteras capituli Zagrabiensis de introductione eorundem 28. X. 1480. datas transumit et confirmat. Or. P.

2923 D-XVI-58 Zagrabiae 3. II. 1481. Mathias rex capitulo Chasmensi praecipit, ut Barbaram, uxorem Georgii litterati de Wydowcz, et Margaretham, uxorem Stanislai de Horzowa, filias qd. Georgii Dyrkowch de Sabnycza-Zenth-Iwan in possessionem Sabnycza-Zenth-Iwan introducat. Tr. 6. IV. 1481.

2924 D-XVI-47 Prope Zagrabiam 6. II. 1481. Palatinus Michael Orzag de Gwth et Stephanus de Bathor, iudex curiae regiae, testantur in congregatione generali nobilium comitatus Warasdinensis 30. I. 1481. Matheum, filium qd. Valentini Margalthouch de Margalthowch, declarasse possessionem Margalthowch semper suam suorumque maiorum fuisse et eo postulante vicecomitem et iudices nobilium id iureiurando comprobasse. Or.

2925 D-XVI-48 Zagrabiae 10. II. 1481. Mathias rex donatione possessionis Senkovecz, quam qd. Mauritius Nolinger, antequam sepulcrum Christi visitavit, claustro fratrum eremitarum in Kamenzka fecerat, confirmata eisdem fratribus ius regium in ea possessione confert. Cop. saec. XVIII.

2926 D-XVI-49 Prope Zagrabiam 10. II. 1481. Palatinus Michael Orzag de Gwth et Stephanus de Bathor, iudex curiae regiae, testantur Colomanum et Georgium, filios qd. Pauli, Petrum, filium Benedicti, Paulum, filium Mathei, Gregorium et Georgium, filios Stephani, atque Iohannem et Michaelem, filios Skopchych, omnes de Myrkoucz alio nomine Pruzzo de generatione Endernyk, possessiones Myrkoucz alio nomine Pruzzo et Pwhakowcz semper suas fuisse declarasse, et cum litteralia instrumenta ea de re a Turcis combusta essent, ipsis postulantibus vicecomitem et iudices nobilium id comprobasse. Or. P. et cop. saec. XVII.

2927 D-XVI-55 Zagrabiae 10. II. 1481. Palatinus Michael Orzagh de Gwth et Stephanus de Bathor, iudex curiae regiae, testantur in congregatione generali nobilium comitatus Zagrabiensis ad rogatum Michaelis de Zenthgyergh decani et Georgii, plebani ecclesiae b. Emerici, praebendariorum ecclesiae Zagrabiensis, testes comprobasse quaedam foenilia et terras ab antiquo praebendariorum fuisse. Tr. 25. II. 1481.

2928 D-XVI-50 (Zagrabiae) 16. II. 1481. In causa Gregorii Eördog de Mariasovcz contra Georgium et Vilhelmum, comites Zagoriae, de illegitima occupatione dimidiae partis vadi in Dravo fluvio palatinus Michael Orzagh de Gwth et Stephanus de Bathor, iudex curiae regiae, cum actor iuxta compositionem 1. IX. 1475. coram capitulo Chasmensi initam dictis comitibus 50 flor. auri solverit, ei dimidiam partem vadi adiudicat. Cop. vid. saec. XVIII.

2929 D-XVI-51 Prope Zagrabiam 17. II. 1481. Cum in congregatione generali nobilium comitatus Crisiensis et de Werecze prope Zagrabiam habita Agnes, uxor Urbani Strhrawz, per procuratorem questa sit suum primum maritum Iohannem Lobogos, castellanum castri Medwe, mortuum a plebanis Michaele de Vrbowcz, Paulo de Rokonok et Benedicto de Iwanych atque a magistro Petro de Gwdowcz, vicario episcopatus Zagrabiensis temporali, rebus, quae enumerantur, et possessione in Welyka spoliatum esse, palatinus Michael Orzagh de Gwth et Stephanus de Bathor, iudex curiae regiae, decernunt, ut Petrus 1. V. 1481. Crisii bano instrumenta litteralia de eo praedio adhibeat. Or.

2930 D-XI-87 Prope Zagrabiam 18. II. 1481. Michael Snap de Maros pro Leonhardo, filio qd. Petri sartoris de Wothkowcz, priore fratrum eremitarum claustri Omnium Sanctorum de Ztreza, in causa contra magistrum Petrum de Gudoucz ac Blasium Briga de Jako-Zerdahel, qui Leonhardi possessionem Plawnicza-

Zenth-Benedek (com. Cris.) ante 20 annos vi occupaverunt, in congregatione nobilium comitatus Crisiensis litteras capituli Chasmensis 5. IX. 1446. datas, quibus Leonhardi dominium demonstraret, protulit, sed cum procurator accusatorum fratrem religiosum bona huius saeculi possidere non posse obiecisset, a congregatione repulsus est. Or.

2931 D-XVI-52 Prope Zagrabiam 18. II. 1481. Coram Michaele Orzagh de Gwth palatino et Stephano de Bathor, iudice curiae regiae, fit compositio inter Petrum de Gudowcz et Blasium Briga de Iakozerdahel ab una atque Ilko filiam et duas Annas, neptes Antonii de Koren, parte ab altera, de harum iure quartalicio in possessione Plawnycza-Zenth-Benedek, qua compositione utraque pars arbitrio sex proborum virorum se submittere declarat. Or.

2932 D-XVI-67 (Zagrabiae) 18. II. 1481. Balthasar de Mikchowch possessione Iakussovcz, quae olim maioribus Andreae Horvath eiusque proximorum impignorata erat, recepta, possessionem Kuche fratribus Horvath de Lomnycza ac fratribus Bwcha coram capitulo Zagrabiensi donat. Tr. 20. I. 1493.

2933 D-XVI-53 In Verbowcz 19. II. 1481. Testamentum nobilis Iohannis Zwethecz in Roicha. Adiecta est confirmatio Iohannis, lectoris et locumtenentis ecclesiae Chasmensis, dd. 10. III. 1481. Or. et cop. rec.

2934 D-LIV-54 (Zagrabiae) 21. II. 1481. Iohannes et Ladislaus Beleczelav de Zelinavar ab una et Ladislaus ac Laurentius, filii Christophori de Glawnicza Weleszlawia, nec non Christophorus ac Stephanus Kassnarich ab altera parte coram capitulo Zagrabiensi concordiam ineunt, qua prima pars alteri parti silvas Drenek, Kozoli, Wliusche et Kobilszky Erth in possessione Glawnicza remittit. Tr. 4. II. 1616.

2935 D-XVI-54 Prope Zagrabiam 23. II. 1481. Cum in congregatione generali comitatus Crisiensis Andreas Spanych de Prasnycza, filius qd. Scolasticae, filiae Dionysii Bedew, atque Ilko, filia qd. Elenae, filiae eiusdem Dionysii, cum Michaele de Tremecz questi sint suam possessionem Poganchecz alio nomine Welyka a qd. Petro Kassnar de Dwlepzka raptam, et ab huius vidua et liberis adhuc possessam esse, palatinus Michael Orzag et iudex curiae Stephanus de Bathor decernunt, ut rei in iudicio Crisiensi litteralia instrumenta adhibeant. Or.

2936 D-XVI-55 Zagrabiae 25. II. 1481. In causa praebendariorum ecclesiae Zagrabiensis contra Osvaldum, episcopum Zagrabiensem de violenta occupatione quarumdam terrarum in vico Latinorum coram congregatione generali mota, palatinus Michael Orzag de Gwth et iudex curiae Stephanus de Bathor sententiam in favorem praebendariorum ferunt. In hac causa productae sunt litterae episcopi Eberhardi dd. 7. I. 1401., episcopi Andreae dd. 6. VII. 1409., episcopi Iohannis dd. 24. VIII. 1427., et denique litterae Miichaelis Orzag atque Stephani de Bathor dd. 10. II. 1481. Or.

2937 D-XVI-56 Zagrabiae 27. II. 1481. In causa de villa Othok inter capitulum Zagrabiense et Nicolaum Iwanowych de Brezowycza, praedialem capituli in Othok et Koznycza possessionis Prewlaka, coram Georgio, abbate Thoplicensi, Petro de Gwdowcz, vicario temporali episcopatus, Ladislao Hermanni de Greben et Ladislao Bistriczey de Omilia, iudicibus electis, Nicolaus Iwanowych transumptum litterarum capituli a. 1349. exhibuit, ut illud praedium a maioribus suis emptum demonstraret, sed capitulo census solvere debuisse declaravit. Procuratores capituli confessi sunt praedium ideo a capitulo occupatum esse, quod Nicolaus iam 40 annos census non solveret et cives Montis Grecensis contra capitulum iuvaret. Quare iudices decernunt, ut unus canonicus capitulum census iam 40 anos non recepisse iuret. Or.

2938 D-XVI-57 In Laabway 27. II. 1481. Iwan Stiphkouich de Prozor, Dalmatiae et Croatiae vicebanus, capitulo Tininiensi praecipit, ut in causa nobilis Iwan Marcouich de Klisseuich comitatus Lapacensis contra Dragissam Rothkauich de Kerpnicza de quadam possessione mota inquisitionem faciat. Tr. 8. III. 1481.

2939 B II Var-42 Venetiis 1. III. 1481. Ioannes Mocenigo, dux Venetiarum, petitionem populariumi, ut nobiles quoque in triremibus officia praestent, in mandato Nicolao Pisani, comiti Tragurii, directo repugnat. Cop.

2940 D-XV-94 Zagrabiae 2. III. 1481. Michael Orszagh de Guth palatinus et Stephanus de Bathor, iudex curiae regiae, sententiam ferunt, qua iniustis vindiciis Benedicti de Turocz reiectis duabusque pacis compositionibus factis possessiones qd. Iohannis, filii Iacobi, et Petri, filii Pethew de Komor, in Komor, Beleyczi, Zlatharia, Pochernyche et Martindol, curiae et duae vineae Clanechyak et molendinum in fluvio Crapina, locum deserti molendini et 4 sessiones iobagionales in Ozek Georgio et Iohanni, filiis Benedicti de Komor, possessio Bukowcz vero Iohanni de Polyana, Iohanni de Orechowcz, Colomano et Georgio, filiis Pauli de Mirkowcz, et Gregorio, filio Mathiae de Wrnowcz, assignantur. Tr. 9. II. 1651.

2941 Privil. 43 Zagrabiae 4. III. 1481. Mathias rex incolis regni Sclavoniae, in iudiciis de quibusdam criminibus convictis, poenas relaxat ita, ut unusquisque dimidium florenum solvat. Cop. vid. 1832.

2942 D-XVI-57 (Tininii) 8. III. 1481. Capitulum Tininiense Mathiae regi nuntiat ex inquisitione, quam ab Iwan Stiphkouich de Prozor, Dalmatiae et Croatiae vicebano 27. II. 1481. iussum fecit, apparere Iwan Marcouich de Klisseuich, postquam lite de sua possessione cum Dragissa Rothkauich implicitus sit, ab Iwan Gobilich et Broz, vicecastellanis castri Erman, captum esse, donec bona eis dare promiserit. Or.

2943 DV-I-105 Venetiis 21. III. 1481. Antonius Saracho, episcopus Corinthiensis et patriarchae Venetiarum vicarius generalis, in causa inter Matheum Dalmatinum de Ossero, procuratorem fratrum 3. ordinis s. Francisci, et presbyterum Marcum de Vittis de Sibenico sententiam fert, ut presbyter Marcus secundum instrumentum 5. XII. 1480. editum fratri Matheo eiusque sociis pro rebus in beneficio ecclesiae s. Mariae in Vegla acquisitis et melioramentis ab eisdem factis tot solvere debeat, quot coram episcopo Veglae constituatur. Or. cum signo not. P.

2944 D-XVI-58 (Chasmae) 6. IV. 1481. Capitulum Chasmense a Mathia rege 3. II. 1481. iussum Barbarum, uxorem Georgii litterati de Wydowcz, et Margaretham, uxorem Stanislai de Horzowa, filias qd. Georgii Dyrkowch de Sabnycza-Zenth-Iwan in dominium possessionis Sabnycza-Zenth-Iwan introducit. Or. P.

2945 D-XVI-59 In Byhegio 24. IV. 1481. Paulus Wokoyeuich, familiaris bani Ladislai de Egerwara, iam a. 1479. a Georgio Mykulichich apud banum accusatus, quod duos Turcas, quos Georgius 1500 flor. emerat, apud se in castro regio Merzyn detinuisset, a iudicibus deputatis damnatus erat, ut iureiurando se expurgaret; sed cum a iureiurando recesserit, banus Georgium reum declarat. Or.

2946 I d 12, elen. IV, p., 26. IV. 1481. Capitulum Chasmense Ioannem Thuz de Lak, ab Anna, vidua Nicolai Kastellanffy et sorore Oetri de Bikzaad, de violenta occupatione castelli Bizkaad (com. Cris.) accusatum, in ius vocat. Regestum.

2947 D-XVI-60 (Chasmae) 7. V. 1481. Magister Petrus de Gudowcz, viceprotonotarius regni Sclavoniae, coram capitulo Chasmensi intercessionem facit contra Mathiam regem, ne cui possessionem Plawnycza-Zenth-Benedek conferrat neve quis eam accipiat. Or.

2948 D-XVI-62 Crisii 20. V. 1481. Michael Orzag de Gwth palatinus capitulo Chasmensi praecipit, ut Emericum de Korothna in dominium possessionis Byzthra introducat. Tr. VI. 1481.

2949 D-XVI-61 (Chasmae) 7. VI. 1481. Emericus Zaz de Thomasowcz duas sessiones iobagionales, in quibus Georgius Pthugoych et Valentinus Goloboych commorantur, Georgio Saffarich de Sywecz 14 flor. auri coram capitulo Chasmensi oppignorat; si alterutram sessionem iobagio deserat, aliam »populosam« dare se obligat. Or.

2950 D-XVI-62 (Zagrabiae) 14. VI. 1481. Capitulum Zagrabiense a palatino Michaele Orzag de Gwth 20. V. 1481. iussum Emericum de Korothna in dominium possessionis Byzthra, quam ei Ioannes Henningh de Zonzedwara donavit, introducit. Or. P.

2951 I d 12, elen. IV, p. 26. VI. 1481. Concordia pacis inter filiam Georgii Bikzadi, viduam Nicolai Kastellanffy de Zenthlelek, et Blasium Tharnak de instrumentis possessionum Bagyanovez (com. Cris.) et Mezenye (com. Simig.) Regestum.

2952 Privil. 44 Budae 13. VII. 1481. Cop. vid. 1832. Kuk. Jura reg. I 220, nr. 149.

2953 D-XVI-63 Modrussiae 25. VII. 1481. Bernardinus de Frangepanibus Martino Osthreherich pro meritis eius avi Georgii, qui castrum et insulam Weglam dominis suis servavit, patris Nicolai et Martini ipsius, qui cum uxore Bernardinum duos annos natum, matre orbum, ad educandum suscepit atque ei Bernardinum duos annos natum, matre orbum, ad educandum suscepit atque ei petenti villam Stubal cum castello statim restituit, igitur pro meritis stirpis »postquam de Alamania in Croatia translata est«, villam Grabrk in comitatu Modrussiensi cum patronatu ecclesiae donat. Adiecta est nota confirmatae donationis villae Nilchovaz. Or. P. S. et cop. rec. (D-XVI-64).

2954 D-XVI-65 Varasdini 23. VIII. 1481. Georgius et Wilhelmus, Zagoriae ac comitatus Varasdiensis comites perpetui, capitulo Zagrabiensi praecipiunt, ut possessionem Bukowcz Iohannis de Polyana, Iohannis de Orehovcz et aliorum reambulet. Tr. 21. IX. 1481. et 8. VIII. 1769.

2955 D-XVI-65 (Zagrabiae) 21. IX. 1481. Capitulum Zagrabiense a Georgio et Wilhelmo, Zagoriae ac comitatus Varasdiensis comitibus perpetuis, 23. VIII. 1481. iussum eis nuntiat se possessionem Bukovecz, quae Iohannis de Polyana, Iohannis de Orehovcz, Colomani et Georgii, filiorum Pauli de Mirkovcz, atque Gregorii, filii Mathiae de Vurnovcz, est, reambulasse et contradictores Iohannem, filium Benedicti alio nomine Bedek de Kopur, eiusque fratrueles Franciscum, filium Ladislai, ac Sigismundum, filium Georgii, in ius vocavisse. Cop. saec. XVII. = Tr. 8. VIII. 1769.

2956 DV-I-106 Jadrae 17. X. 1481. Testamentum Clarae, filiae qd. Georgii de Primo, coram Marco Barbo, comite Jadrae, in publicam formam redactum. Cop. saec. XVII.

2957 DV-I-107 Venetiis 10. XI. 1481. Iohannes Mocenigo, dux Venetiarum, Francisco Barbo, provisori Veglae, mandat, ut fratrem Matheum Dalmatinum eiusque socios, quos presbyter Marcus de Litis ex monasterio s. Mariae de Capite illegitime expulit, in monasterium reintroducat, atque omnia a presbytero Marco alienata ecclesiae reddi iubeat. Or. P. S.

2958 B II Nc-5 Brattiae 15. XI. 1481. Dimensio et delineatio quatuor pascuorum Mahei Nisetich in districtu Villarum Superiorum sitorum a comite Brattiae confirmata. E libello Petri Nixae Nisetich.

2959 D-VIIa-124 Budae 21. XII. 1481. Mathias rex ad rogatum civium de Scrisia sive Bagh privilegia eorum ab Iohanne, Paulo et Carolo, comitibus Corbaviae, 27. X. 1451. transumpta confirmat. Cop. vid. saec. XVIII.

2960 Sermag. XLVI., elen. II. A. G. U. Z. 1481. Gregurich quidam possessionem Ztubicza dominae Ursich 25 flor. auri coram capitulo Zagrabiensi oppignorat. Regestum Germ.

2961 Jelačić 78: Extractus causae de Bela, p. 2. 1481. Nicolaus Gotthal in congregatione comitatus Varasdiensis exponit silvas castri Crucigerorum Bela suorum praedecessorum fuisse, sed litteras Georgii et Wilhelmi, comitum Zagoriae, de hac re combustas esse.

2962 Ožeg. XXXI, extr. 1, nr. 51. Zagrabiae 1481. Mathias, rex quibusdam personis contributionem in postremo generali iudicio obligatam diminuit. Regestum.

2963 I d 32, elen. f. 27. Zagrabiae 1481. Capitulum Zagrabiense a Mathia rege iussum Ladislaum Orssich eiusque filios in dominium possessionum Orehovecz et Lipovecz (com. Zagrab.) introducit. Regestum.

2964 I d 32, elen. f. 83. 1481. Gregorius Bolozlavecz de Superiore Ztubicza a Mathia rege cessionem possessionis Bolozlavecz pro Stephano Theurek ac Sigismundo de Bolozlavecz et propinquis obtinet. Regestum.

2965 D-XVII-1 Crisii 20. I. 1482. Dionysius Borothwa de Vrbancz duas sessiones iobagionum in possessione Dwgha Sabnyeza Ilko, uxori Georgii et filiae qd. Lewkus, quatuor flor. auri et duodecim solidis coram bano Ladislao de Egerwara pignori obligat. Or.

2966 I d 12, elen. IV, p. 26. Budae I. 1482. Budae Georgius et Vilhelmus, comites Zagoriae, et mater eorum Barbara »in poena contumaciae convicta« a Nicolao Herkffy accusati in ius vocantur. Regestum.

2967 D-XVII-2 Budae 3. III. 1482. In causa, quam magister Iohannes de Posega, director causarum regalium, nomine Mathiae regis in congregatione generali 30. I. 1481. contra episcopos Oswaldum Zagrabiensem et Sigismundum Quinqueecclesiensem, ac contra capitulum Zagrabiense, Franciscum, Stephanum, Iohannem, filios qd. Gregorii de Blaga, Georgium et Wilchelmum, comites Zagoriae, Iohannem Tuz de Laak, Georgium de Turocz, Stephanum Chupor de Monozlo, Ladislaum Hermani de Gereben, Petrum Bochkay de Razyna Kerezthur, Stephanum, filium Ders de Zerdahel, Iohannem Hennengh de Zomzedwar, Ladislaum et Stephanum, filios qd. Mauricii de Megesalya, movit quod tributa ex mercibus civium civitatis Montis Grecensis in locis et castris eorum iniuste exigerent, palatinus Michael Orzag de Gwth et iudex curiae Stephanus de Bathor iuxta litteras Belae regis dd. 23. XI. 1266. in favorem civium iudicium faciunt. Or. mancum. P.

2968 D-XIII-91 Budae 3. III. 1482. Mathias rex ad rogatum Akatii et Ladislai, filiorum Gregorii de Zthwbycza et Clarae, filiae Iohannis de Gepew, litteras Ladislai regis dd. 21. VIII. 1457. quibus Clarae possessiones patris collatae sunt, atque litteras capituli Chasmensis dd. 16. X. 1457. de introductione Clarae transumit. Or. P.

2996 D-XVII-3 In Lukavecz 11. III. 1482. Mon. Tur. II 24, nr. 21.

2970 D-XVII-4 Budae 30. III. 1482. Mon. Zg. II. 420, nr. 330.

2971 D-XVII-5 (Zagrabiae) 8. V. 1482. Concordia pacis coram capitulo Zagrabiensi inita, qua Georgius Herendich de Dusan possessionem Policza domino Wlay Tepsich de Olnod donat, qui vero ei castrum suum Lippa cum tributo atque possessiones Gorichicza, Kussewczi, Zalavichi, Poiatische, Gradische, Loncharichi, Kopurticze et Protulibye penes castra Zvechay et Bossilievo a se occupatas remittit. Cop. vid. saec. XVIII.

2972 D-XVII-90. (Zagrabiae) 18. V. 1482. Dorothea, filia Iohannis Thoth de Zomzedwara, eiusque filius Iohannes Hennyngh portiones in Also-Zlanypothok atque Dobryzedench, Pwthaneczdol et Hrwskowpothok coram capitulo Zagrabiensi nobilibus de Superiore Zthwbycza concedunt, qui vero eis omnia iura in possessionibus Horogwycha, Chernecz, Polycze, Zablathya, Zthonyowcz, Dolecz, Wynthorowcz, Also-Zlanypothok, Dobrowchecz, Dobryzdencz, Madraspathak et Zancha cedunt. Tr. 4. XI. 1549.

2973 D-XVII-6 Zagrabiae 21. V. 1482. Martinus carnifex, civis oppidi Biskupecz, fenile in Creca-Volniscze nobilibus Lucae de Kulin, filio Galli, et Gallo Banicz de Chrecan quinque pensis denariorum, quibus ei ipsi oppignoratum est, coram Valentino litterato de Naggora, iudice nobilium comitatus Zagrabiensis, pignori obligat. Or.

2974 D-XVII-7 (Zagrabiae) 27. VI. 1482. Capitulum Zagrabiense paupertatem incolarum possessionis Pethrowyna incurisionibus Turcarum saepe vastatae intuens constituit, ut unum florenum tantum de sessione quaque annuatim solvant praeterea quantum pondus frugum dent et quae opera faciant; ius iudicis eligendi habeant, iudicio ad instar civium de Zizek et facultate vendendi domos fruantur. 2. cop. saec. XVIII. et XIX.

2975 D-XVII-8 Posonii 11. VII. 1482. Mon. Zg. II 421, nr. 331.

2976 D-XVII-9 (Chasmae) 19. VIII. 1482. Iohannes, filius qd. Blasii Briga de Iakozerdahel, magistrum Petrum de Gudowcz, regni Sclavoniae viceprotonotarium, bonorum in Plawnycza-Zenthbenedek, Ilyncz, Kacchyncz, Iakozerdahel et Belowarcz in Crisiensi atque Sosombergh in Zagrabiensi comitatu sitorum heredem, si sine liberis decedat, coram capitulo Chasmensi instituit. Or. mancum.

2977 D-XVII-10 (Chasmae) 15. IX. 1482. Magister Petrus de Gudowcz, viceprotonotarius regni Sclavoniae, suo et nomine Iohannis, filii qd. Blasii Briga interdicit, ne Franciscus et David, filii qd. Nicolai de Dombo, possessiones in Zenthbenedek, Katthincz, Ilyncz et Iakozerdahel in Crisiensi et Sosomberk in Zagrabiensi comitatu sitas a Mathia rege impetrent. Or.

2978 D-XVII-11 (Chasmae) 29. IX. 1482. Capitulum Chasmense, cui Mathias rex litteris »in castris sub obsidione civitatis Hainburk a. d. 1482.« mandavit, ut Franciscum et David de Dombo, quibus rex possessionem Belobathya et possessiones qd. Blasii Briga, ab universitate regnicolarum proscripti, in Iakozerdahel, Koren, Iwanusowcz, Zenthbenedek, Kathincz in Crisiensi et Sosomberk (in Zagrabiensi comitatu) contulerat, in earum dominium introduceret, regi nuntiat cum id facere voluerit, Iohannem Zechen, provisorem Petri de Gudowcz, sui domini nomine, atque alios iobagiones nomine Michelis Lorandi, Petri et Ladislai, filiorum Iohannis Dwbichak de Milethyncz, Dorotheae, uxoris Michaelis de Iwanusowcz, Akacii, filii Barbarae de Koren, et Stephani Sythomer ei statutioni contradixisse. Or.

2979 D-XVII-12 Posonii 4. X. 1482. Mathias rex bano Blasio Magyar et iudicibus nobilium comitatuum Crisiensis et Zagrabiensis praecipit, ut Franciscum et David de Dombo, quibus rex bona qd. Blasii Briga contulit, contra impetitores, in primis Petrum Gwdoczy, protegant. Or.

2980 D-XVII-13 (Chasmae) 17. X. 1482. Petrus Henek de Milethyncz sessionem iobagionis desertam, ubi qd. Dominicus Gerkawy habitavit, in ambitu terrae Punkowa greda in Mylethyncz penes fluvium Welika et molendinum Plesky sitam magistro Petro de Gudowcz 20 flor. coram capitulo Chasmensi vendit. Or. P. S.

2981 D-XVII-87 In oppido Australi Podon 14. XII. 1482. Mathias rex capitulo Chasmensi mandat, ut Iohannem Bewenywd eiusque fratres in dominium castrorum Zkrad et Oztrosyn introducat. Tr. 18. XII. 1483. et 17. III. 1517.

2982 D-XVII-87 In oppido Australi Podon 14. XII. 1482. Mathias rex Iohanni Bewenywd eiusque fratribus Thomae et Nicolao castra Zkrad et Oztrosyn loco castellorum Kostanicza et Dwbycza, quae iuxta dispositionem bani Blasii Magyar regi remiserunt, donat ac novae donationis titulo eis possessiones Trypchicza, Dodyn et Zrednywerh confert. Tr. 29. XI. 1498.

2983 D-XVII-18 Budae 20. XII. 1482. Stephanus de Bathor, iudex curiae regiae, capitulo Albensi praecipit, ut Sigismundum, episcopum Quinqueecclesiensem, eiusque fratrem Iohannem Ernusth, quod aes alienum Ladislao, praeposito Budensi, non reddiderunt, in ius evocet. Tr. 27. II. 1483.

2984 D-XVII-18 (Albae) 24. XII. 1482. Capitulum Albense a Stephano de Bathor, iudice curiae regiae, 20. XII. 1482. iussum Sigismundum, episcopum Quinqueecclesiensem, eiusque fratrem Iohannem Ernusth, qui aes alienum 8000 flor. Ladislao, praeposito ecclesiae Budensis, totum non reddiderunt, sed unam partem regi mutuaverunt, in ius vocat. Tr. 27. II. 1483.

2985 Sermag. XLV, elen. nr. 6. = Sermag. XLVI, elen. III. 1482. Familia Paskay ex genere Orlandy ex familia Heningh ex genere Thoth pactum de bonis Superioris Ztubiczae coram capitulo Zagrabiensi ineunt. Regestum.

2986 I d 32, elen. f. 84 (Zagrabiae) 1482. Capitulum Zagrabiense Ioannem Horvath et Demetrium Fycza in dominium possessionum qd. Nicolai Gepeu sine prole deficientis introducit. Cui statutioni Ladislaus, filius Gregorii de Superiore Ztubicza contradicit. Regestum.

2987 D-XVII-14 (Chasmae) 13. vel. 16. I. 1483. Capitulum Chasmense litteris a Mathia rege »in castris . . . tri . . . nostrae sub obsidione oppidi Hainburg sabbato« [Michaelis? archa]ngeli a. d. 1482. [28. IX.?]) datis iussum magistrum Petrum

de Gudowcz in dominium possessionum Plawnycza, Zenthbenedek, Ilyncz, Katthyncz, Iakozerdahel, Sosomberg et Belowarcz introducit. Or. maneum. P.

2988 D-XVII-15 In Lukavecz 10. II. 1483. Mon. Tur. II 27, nr. 24.

2989 D-XVII-16 Sopronii 13. II. 1483. Mathias rex nobiles unius sessionis considerata eorum fide, cum Turcarum incursionibus in angustias adducti sint, solutione taxarum et contributionum medii aurei eximit. A tergo adscripta est a Stephano Pathatich, viceprotonotario regni, confirmatio in generali congregatione ex edicto bani Thomae Erdeödi in civitate Montis Grecensis 7. V. 1612. facta. Or. P. = Tr. 9. III. 1496.

2990 D-XVII-17 Budae 22. II. 1483. Mathias rex, coram quo capitulum Zagrabiense contra Iohannem Ernusth, filium Iohannis, quod decimas ex pertinentiis castri Chakthornya non solverit, questum est, ipsi mandat, ut eas solvat. Or. mancum. P.

2991 D-XVII-18 Budae 27. II. 1483. Stephanus de Bathor, iudex curiae regiae, in causa contra Sigismundum, episcopum Quinqueecclesiensem, eiusque fratrem Iohannem edit par litterarum capituli Albensis 24. XII. 1482. datarum. Or.

2992 D-XVII-19 et 20 Budae 9. V. 1483. Mon. Zg. II 423, nr. 333.

2993 I d 12, elen. IV, p. 27. VI. 1483. Anna, vidua Nicolai Kastellanffy, tres sessiones iobagionum in possessione Zenthlelek Novkoni Zvilincz et eis de Kopchovez 14 flor. pignori obligat. Regestum.

2994 D-XVII-21 In Lukavecz 25. VIII. 1483. Mon. Tur. II 30, nr. 27.

2995 D-XVII-22 Zagrabiae 17. IX. 1483. Mon. Zg. II 424, nr. 335.

2996 D-XVII-34 Budae 19. IX. 1483. Mathias rex capitulo Chasmensi praecipit, ut magistrum Petrum de Gudowcz, viceprotonotarium regium, in dominium in omnibus eius possessionibus iure regio introducat. Tr. 4. VII. 1484.

2997 I d 12, elen. IV, p. 27. Budae IX. 1483. Georgius et Vilhelmus, comites Zagoriae, in causa de exhibendis instrumentis ad rogatum Nicolai Herkffy de Zajezda in ius vocantur. Regestum.

2998 Privil. 44 Budae 1. X. 1483. Mathias rex incolis regni Sclavoniae usum salis, quod extranei mercatores abduci non poterunt, concedit. Cop. vid. 1832.

2999 I d 12, elen. IV, p. 27. XI. 1483. Mathias rex bano Mathiae Gereb mandat, ut Ladislaum et Georgium Kastellanffy contra eorum impetitores in bonis universis protegat. Regestum.

3000 D-XVII-23 Budae 4. XII. 1483. Mathias rex Georgio Mykwlychych castrum Ostrosacz – quod a Sigismundo rege Francisco Kapitan de Apulya inscriptum, huic autem a Gregorio, comite de Blaga, surreptum, per defectum seminis Francisci et per notam infidelitatis Iohannis, filii Gregorii, ad regem devoluta est – cum oppido Ostrosacz et possessionibus Iamomech, Myhostrah, Zthyna, Werthymerych, Menych, Werbowyna, Dozne, Starowsane, Galychnyk, Medwygane et Lysaz donat. Or. P. S.

3001 D-XV-88 Budae 10. XII. 1483. In causa Thomae, filii qd. Georgii de Bellye, et magistri Stephani de Bellye, canonici ecclesiae Bachiensis, contra viduam Iohannis de Wyzla mota Stephanus de Bathor, iudex curiae regiae, edit paria litterarum dd. 18. I. 1467., quibus palatinus Michael Orzagh de Gwth capitulo Quinqueecclesiensi mandat, ut bona Iohannis de Wyzla, qui de violentia a *Ladislao et* Georgio de Bellye *accusatus sententia capitali* condemnatus est, actoribus assignet. Cop. coaevis.

3002 D-XVII-87 (Zagrabiae) 18. XII. 1483. Capitulum Zagrabiense testatur se Iohannem Bewenyud eiusque fratres iuxta mandatum Mathiae regis dd. 14. XII. 1482. in dominium castrorum Zkrad et Oztrosyn introduxisse. Tr. 29. XI. 1498. et 1551.

3003 D-XVII-27 Budae 2. I. 1484. Mathias rex capitulo Chasmensi mandat, ut Bartholomeum de Zenth-Bartalam eiusque filium Iohannem in dominium possessionis Zenth-Bertalam in comitatu de Weroweze introducat. Tr. 1. III. 1484.

3004 D-XVII-25 In Megywrechye 15. I. 1484. Petrus, filius qd. Nicolai Mykchecz de Criquena, cum Emerico, Francisco et Mathia, filiis qd. Georgii de Megywrechye, *concordiam init et ab actione de possessione Grebenna et villis Losan*, Dolyancz, Leskowcz, Farkassowcz et Denkowcz-Zenthandreas mota desistit, sed ius successionis obtinet, si dicti fratres de Megywrechye liberos non relinquant. Or. P.

3005 DV-I-108 Jadrae 19. I. 1484. Federicus Vallaresso, comes Jadrae, ad rogatum Antonii de Cicarellis, procuratoris fratrum eremitarum s. Joannis extra Jadram, praeceptum testamenti qd. Laurentii Sinurdich dd. 19. X. 1478., ut post mortem Zivitae uxoris filiorumque testatoris 5 gognalia vitium monasterii sint, *in publicam formam* redigit. Or. P.

3006 D-IV-5 Zagrabiae 25. I. 1484. Mathias Gereb de Wyngarth banus nobilibus de Glawnycza ius patronatus ecclesiae s. Trinitatis litteris Demetrii, archidiaconi Zagrabiensis, dd. 9. I. 1341., Lucae, Clementis ceterorumque nobilium de Glawnycza dd. 18. IV. 1435., Demetrii de Iako-Zerdahel dd. 17. IX. 1457., Ladislai Byczkele ceterorumque nobilium de Glawnycza dd. 29. I. 1475., Eliae de Soploncza, canonici Zagrabiensis dd. 10. II. 1475., Petri et Benedicti plebanorum dd. 5. III. 1475. probatum, *in causa contra nobiles castri Medwe adiudicat*. Or. P. S.

3007 D-XVII-26 Crisii 25. I. 1484. Banus Mathias Gereb de Wyngarth causam a Barbara, filia qd. Nicolai Mykchecz de Czyrkwena, contra Petrum Horwath de Lythwa motam, quae, postquam Barbara a Turcis abducta est, in filium eius Iohannem condescensa est, cum Petrus in actione 19. I. 1484. neque instrumenta exhibuerit neque iudicia novem marcarum persolverit, ad 3. V. 1484. prorogat, sed novum iudicium trium marcarum et dicta iudicia cum duplo adicit. Or. S.

3008 D-XVII-28 Zagrabiae 4. II. 1484. Banus Mathias Gereb de Wyngarth capitulum Zagrabiense rogat, ut Iohannem Chergar, civem oppidi Rokonok in dominium possessionum Ladislai Byczkele de Zelnawar in Ebres et duorum molendinorum, quae omnia ei pignori data sunt, introducat. Tr. 11. III. 1484.

3009 D-XVII-27 (Chasmae) 1. III. 1484. Capitulum Chasmense a Mathia rege 2. I. 1484. iussum, Bartholomeum de Zenth-Bertalam eiusque *filium* Iohannem in dominium possessionis Zenth-Bertalam introducit. Or. P.

3010 D-XVII-28 (Zagrabiae) 11. III. 1484. Capitulum Zagrabiense a bano Mathia Gereb de Wyngarth 4. II. 1484. iussum Iohannem Chergar in dominium possessionem Ladislai Byczkele de Zelnawar pignoris tituto introducit. Or. S.

3011 D-XVII-29 (Quinqueecclesiis) 19. III. 1484. Stephanus Waskoych de Thybonyncz eiusque filius Iohannes litteratus octo sessiones a Paulo de Thybonyncz hereditate acceptas Iohanni de Chakthornya, filio qd. Iohannis Ernust, thesaurarii regii, 42 flor. coram capitulo Quinqueecclesiensi pignori obligat. Or.

3012 D-XVII-30 In Lukavecz 29. III. 1484. Mon. Tur. II 32, nr. 29.

3013 D-XVII-31 In Lukavecz 29. III. 1484. Mon. Tur. II 31, nr. 28.

3014 D-XVII-32 Budae 3. V. 1484. Mon. Zg. II 425, nr. 336.

3015 D-XVII-33 Crisii 6. V. 1484. Convenit inter Petrum, filium qd. Nicolai Mykchecz de Czyrquena *et Petrum Horwath de Lythwa* coram *bano Mathia* Gereb de Wyngarth, ut iusiurandum, quo Petrus Horwath causam a Barbara, sorore Petri Mykchecz, a. 1481. in congregatione generali contra se de occupatione possessionis Also-Sabnycza motam finiat, ad 20. VIII. 1484. prorogetur, nisi interim concordia inter eos fiat. Or. S.

3016 D-XVII-34 (Chasmae) 4. VII. 1484. Capitulum Chasmense testatur magistrum Petrum de Gudowcz, viceprotonotarium regium, iuxta mandatum Mathiae regis dd. 19. IX. 1483. *in dominium cum iurie regio in omnibus eius possessionibus* a se introductum esse. Or. exesum. P. S.

3017 D-XVII-35 In Lukavecz 19. VII. 1484. Mon. Tur. II 38, nr. 32.

3018 D-XVII-63 Crisii 22. VIII. 1484. Banus Mathias Gereb *de Wyngarth testatur* Petrum Horwath de Lythwa, a quo Barbara, soror Petri Mykchecz de Czyr-

quena, quasdam litteras de possessione Also-Sabnycza postulaverit, iusiurandum dare noluisse. Tr. 3. II. 1488.

3019 D-XVII-36 In Myrkowcz 24. VIII. 1484. Elena, vidua, Colomani de Myrkowcz, privignum suum Iohannem de solutione dotis et rerum parafernalium in Myrkowcz et Bukowcz coram Georgio et Wilhelmo, Zagoriae et comitatus Warosdiensis comitibus perpetuis, expeditum dicit. Or. S. et cop. saec. XVIII.

3020 Privil. 46 Budae 27. VIII. 1484. Cop. vid. 1832. Kuk. Jura reg. 221, nr. 150 (falso 30. VIII. 1484.).

3021 D-XVII-38 In Korothna 16. IX. 1484. Palatinus Michael Orzagh de Gwth capitulum Chasmense rogat, ut Georgium Horwath de Prizeneczna eiusque fratrem Stephanum in dominium possessionum qd. Stephani de Greben eiusque viduae Dorotheae et filiorum in villis Hoom, Ewranowcz, Lonya, Lonycha, Berzchecz, Hrasthyna, Kerschyanowecz, eis pignori datarum, introducat. Tr. 18. V. 1485. et 8. IV. 1549.

3022 D-XVII-24 Zagrabiae 3. XII. 1484. Mon. Zg. 427, nr. 339.

3023 Id 12, elen. f. 28. 1484. Capitulum Zagrabiense filios qd. Ladislai Orssich in dominium possessionum Doll in districtu de Goricza ac Orechovecz et Lipovecz eis a Mathia rege donatarum introducit. Regestum.

3024 DV-I-109 Jadrae 7. I. 1485. Andreas Georgius, comes Jadrae, in causa de quadam pecunia inter presbyterum Simonem Glavinich, primicerum Jadrae, et Johannem Sabich orta ita iudicat, ut utraque pars »victrix et victa simul evadat«. Or. cum signo not. P.

3025 DV-I-110 Veglae 29. I. 1485. Sententiam a qd. Nicolao, episcopo Veglensi, in causa inter presbyterum Barum, filium Jurizae de Bescha, capellanum capellae s. Michaelis, et fratres ordinis s. Pauli eremitae de quodam terreno in valle Beschae latam abbas Nicolaus Venerius et archidiaconus Dominicus Zelle, a sede apostolica iudices ad hoc constituti, male iudicatam pronuntiant. Or. mancum cum signo not. P.

3026 DV-I-111 Veglae 16. II. 1485. Petrus Calbo provisor et Andreas Nani, camerarius Veglae, terrenum incultum in valle Beschae monasterio s. Salvatoris prope Segnam ad livellum concedunt hac condicione, ut annuatim 12 mellones sibi det. Or. cum signo not. P.

3027 D-XVII-37 (Chasmae) 19. III. 1485. Ladislaus, filius qd. Antonii de Kopyncz, possessionem Crayethyn et vineam curialem prope villam Podwyncz in comitatu Crisiensi, quas Emericus Zaaz de Thamasowcz dicto Antonio 460 flor. oppignoravit, magistro Petro de Gudowcz, viceprotonotario regni Sclavoniae, eodem pretio coram capitulo Chasmensi pignori obligat. Or. S.

3028 DV-I-112 Jadrae 16. IV. 1485. Draga, vidua, Zoili Sufeoich de insula Jadrensi, gubernatrix filiorum suorum pupillorum Simoni de Pechiaro agrum cum »muralea de maceria« dimidii gognalis cum omnibus pedibus amygdalorum aliisque arboribus libris 20. parv. coram Petro Tetrico, iudice examinatore, vendit. Or. cum signo not. P.

3029 DV-I-113 Venetiis 14. V. 1485. Joannes Mocenigo, dux Venetiarum, Francisco Leono, comiti et provisori Catari, mandat, ut inquirat, num frater Simeonis, fratris ordinis s. Francisci, filii qd. Radaz Petroevich de Passiglava, rebellis fuerit et in rebellione mortuus sit. Or. P.

3030 D-XVII-38 (Chasmae) 18. V. 1485. Capitulum Chasmense a palatino Michaele Orzagh de Gwth 16. IX. 1484. iussum Georgium Horwath de Prizeneczna eiusque fratrem Stephanum in dominium possessionum qd. Stephani de Greben pignoris titulo introducit. Or.

3031 D-XIV-55 Budae 30. XI. 1485. Mathias rex ad rogatum Ladislai presbyteri et Francisci, filii Martini, filii Stephani litterati de Rawen, qui cum Amda Chalapya, vayvoda Turcarum, decem annis ante in Sclavoniam irrupisset, omnes ceteres litteras amiserunt, edit par litterarum Ladislai de Palocz, iudicis curiae regiae, 22. 9. I. 1466. Cop. rec. = Tr. ante 12. X. 1504.

3032 D-XVII-39 Budae 2. XII. 1485. Iohannes, filius qd. Pauli Kernyak de Polyana, et *alter Iohannes, filius qd.* ... de Orehowcz magistro Benedicto Bekoych de Tharnowcza et Georgio Golecz de Zothezka omnia iura in possessionibus Macho et Berethyncz et castello in Macho constructo (com. Warasdiensis) donant et eos de dote et rebus parafernalibus atque iure quartalicio suae aviae coram Stephano, comite de Bathor, iudice curiae regiae, expeditos dicunt. Or. P.

3033 DV-I-114 Lesinae 19. XII. 1485. Nicolaus Paladini, creditor Thomasii Brescovich pro libris 800 parv., in possessionem terreni debitoris Vidov dolaz vocati et in campo s. Stefani in contrata Verbagni positi introducitur. Ex nota apparet intromissione 1. I. 1486. publice proclamata eum 6. IV. 1486. verum possessorem factum esse. Or. cum signo not. P.

3034 DV-I-115 Arbae 3. II. 1486. Joannes de Chanali, comes Arbae, domunculam, quae furti causa officio cancellarii Mathei Galianich assignata erat, Matheo Margan libris 85. parv. in publico incanto vendit. Or. cum signo not. P.

3035 DV-I-116 Jadrae 3. II. 1486. Joannes, filius qd. Tomasii Misich de Sibenico, coram Andrea Georgio, comite Jadrae, declarat se Laurentio qd. Gregorii de Civallelis Prosperam, sororem suam, in matrimonium una cum dote ducatorum 900 auri et unius cophani fulciti dare. Or cum signo not. P.

3036 DV-I-117 Jadrae 8. II. 1486. Mapheus Vallaresus, archiepiscopus Jadrensis, una cum suo capitulo constituit, ut de possessionibus altari s. Petri in ecclesia cathedrali pertinentibus canonici seu praelati ultra duos menses a diocesi Jadrensi absentes nullam partem habere possint, nisi quos infirmitas vel evidens ecclesiae utilitas excuset. Cop. coaevis.

3037 D-XVII-43 Budae 17. II. 1486. Mathias rex capitulo b. Petri de Posega mandat, ut Nicolaum de Hederwara in dominium possessionum Laurentii de Podwersya, qui manum patris sui Thomae amputavit ideoque bonis multatus est, introducat. Tr. 24. III. 1486.

3038 D-XVII-40 Budae 22. II. 1486. Mathias rex bano Mathiae Gereb de Wyngarth praecipit, ut quam primum iudicium faciat de Nicolao de Merzyn, qui possessionem Pryzap in comitatu de Lwka, quam ab eo Iohannes Rathachewych in congregatione generali nobilium in Tininio celebrata iuridice obtinuit, vi possedit atque iudicium extraxit. Or. mancum. S.

3039 D-XVII-41 Budae 23. II. 1486. Mathias rex Ambrosio, filio Andreae Balsae de Bozylewo, possessiones Yeeskowo et Zemenyschie ei ab Iohanne de Frangapanibus donatas novae donationis titulo confert. Or. P. S.

3040 D-XVII-42 (Tininii) 1. III. 1486. Capitulum Tininiense a vicebano Iohanne Pechiban iussum metas possessionum nobilium Martinusevich, Dravanchi et Budachichi reambulat atque a metis aliorum nobilium et Volahorum regalium distingui facit. Or. mancum. P.

3041 IV d 49-13 Budae 21. III. 1486. Testamentum Iohannis de Frangepanibus, quo Ioannem Angelum, filium fratris sui Bartholomei, filium adoptat et omnia sua bona ei legat. Cop. versionis Latinae e Germanico 14. II. 1507.

3042 D-XVII-43 (Posegae) 24. III. 1486. Capitulum b. Petri de Posega a Mathia rege 17. II. 1486. iussum Nicolaum de Hederwara in dominium possesionum Laurentii de Podwersya introducit. Or. S.

3043 D-XVII-44 (Chasmae) 1. IV. 1486. Michael, filius qd. Stephani de Woynowcz, portionem suam in possessionibus Vizoka et Grahovcz e tribus sessionibus iobagionalibus constantem Georgio Spiranchich 40 flor. auri coram capitulo Chasmensi vendit. Or. P.

3044 D-X-76 10. IV. 1486. Mathias rex trinas litteras suas de collatione castri s. Georgii et castellorum Prodawyz et Kapronczа aliorumque privilegiorum filiis olim Iohannis Ernusth 23. V. 1477. editas et binas litteras capituli Albensis de introductione eorundem 20. V. et 24. V. 1478. editas transumit et approbat. Tr. 1. V. 1492.

3045 D-XVII-45 In Lukauecz 17. IV. 1486. Mon. Tur. II 40, nr. 33.

3046 DV-I-118 Lesinae 17. IV. 1486. Catarino, filio equitis Nicolai Paladini, a Ludovico Martini, comite Lesinae, conceditur, ut murum communis iuxta »muraleam« ipsius Nicolai in burgo Lesinae apud ecclesiam s. Mariae Nuntiatae positam cooperire et perpetuo possidere possit. Or. cum signo not. P.

3047 D-XVII-46 Budae 26. IV. 1486. Iohannis, episcopi Waradiensis, apocha pretii castri Dobra Kwthia ab eo Iacobo Zekel venditi. Or.

3048 D-V-57 Segniae 28. V. 1486. Gaspar Bodo de Gywrgy, magister ianitorum, ac Iohannes de Korothna, protonotarius palatinalis, iudices a rege deputati in causa Simonis Kraliewych (Keglewych) de Porychky contra quosdam Wolahos regales de possessionibus Brdar, Bahthychy, Krywonoz et Kouschicza in com. Tininiensi sitis, pluribus documentis ambarum partium visis, possessiones actori adiudicant. In hoc documento transumptae sunt litterae Petri Thallowcz bani dd. 24. VI. 1444., Iohannis de Hwnyad dd. 13. X. 1446., Mathiae regis dd. 13. XII. 1463., Nicolai de Zeech bani dd. 13. III. 1365., Elizabeth reginae dd. 12. III. 1365., Caroli, comitis Corbauiae et bani, dd. 8. VIII. 1407., Sigismundi imperatoris dd. 28. IV. 1436., Mathiae regis dd. 23. VI. 1458. Tr. 14. VIII. 1489.

3049 D-XVII-47 (Zagrabiae) 6. VI. 1486. Stephanus, filius, qd. Georgii Thotarych de Sythomerya, coram capitulo Zagrabiensi inderdicit, ne magister Petrus de Gudowcz possessionem Zawersya alio nomine Lyppye in comitatu Zagrabiensi, quam a Mathia rege illegitime impetraverit, sibi retineat. Or.

3050 D-XVII-48 (Zagrabiae) 16. VI. 1486. Ladislaus, filius qd. Bernaldi Zthutych de Gatzka, possessiones Gernacz, Gonga, Waschane et Sythowaist districtus de Gatzka in comitatu Tyniniensi, quae Bernaldi eiusque fratris Georgii fuerunt quasque post huius mortem Ladislaus ignorans, utrum Georgii filius Iohannes viveret necne, novae donationis titulo pro se una cum possessione Zamerschye districtus Zthenychnyak in comitatu Zagrabiensi a Mathia rege obtinuit, cum Iohanne coram capitulo Zagrabiensi communicat eique dimidiam partem omnium donat. Or. P. S.

3051 D-XVII-49 Budae 20. VIII. 1486. Mathias rex Georgio Mykulichich de Bwsin, castellano castri Repach, mandat, ut Karinum presbyterum in Repach, qui executor testamenti qd. Andreaae, plebani in Erman, factus, huius pecunias, res et bona partim dissipavit, partem retinuit, ad ea restitutenda »pro restauratione et reparatione ruinarum et desolationis ecclesiae Tininiensis« compellat, quod nisi fecerit, eum captum episcopo Tininiensi Nicolao tradat. Or.

3052 Privil. 47 In. Lawa Australi 30. IX. 1486. Mathias rex decimam episcopo Zagrabiensi iuxta antiquam consuetudinem sine aliqua diminutione solvi iubet. 2. XI. 1486.

3053 D-XVII-50 Segniae 25. X. 1486. Gaspar Bodo de Gywrgy, magister ianitorum regalium, et magister Iohannes de Korothna, comes Simigiensis et protonotarius palatinalis, »iudices pro discutiendis querimoniis cunctorum incolarum deputati«, capitulum Tininiense rogant, ut Iohanni, filio Simonis Keglewich de Porechki, eiusque fratri Petro possessiones Berdarii, Batichi et Konschicza, quae eis a manibus Wolachorum regalium intus nominatorum readiudicatae sunt, assignent. Tr. 8. XII. 1486.

3054 D-XXVIII-14 In Selyn 29. X. 1486. Iohannes Hennyngh de Zomzedwara possessionem Dobouecz Iohanni de Orehowcz 50 flor. iterum pignori obligat. Tr. 6. V. 1529.

3055 Privil. 47 In Megywreche 2. XI. 1486. Mathias Gereb de Wyngarth banus mandatum Mathiae regis de decima episcopo Zagrabiensi solvenda dd. 30. IX. 1486. transumit. Cop. vid. 1832.

3056 D-XVI-33 Segniae 4. XI. 1486. Caspar Bodo de Gyorgi, ianitorum magister, litteras Martini de Frangepanibus de donatione possessionis Duobovojcze monasterio b. Mariae in Novi, 1. V. 1479. editas, transumit et confirmat. Cop. male descripta saec. XVIII.

3057 D-XVII-84 Budae 6. XI. 1486. Mathias rex petitione Barbarae, filiae Margarethae, filiae Hermani comitis Ciliae, uxoris Iohannis comitis de Bozyn et de s. Georgio, in iudicio repulsa castra Chakthornya et Zthrigoy ac districtum Drawamwrakez Sigismundo, episcopo Quinqueecclesiensi, eiusque fratri Iohanni adiudicat. Tr. 4. V. 1492.

3058 D-XVI-66 Segniae 13. XI. 1486. Caspar Bodo de Gyvozygy (falso pro Gywrgy), magister ianitorum regis, et magister Ioannes de Korothna, protonotarius palatinalis, iudices deputati, petitione Laurentii Sokolicz exaudita mandatum Mathiae regis 9. X. 1480. Blasio Magiar, capitaneo civitatis Novi, datum transumunt. Cop. vid. saec. XVIII.

3059 D-XX-5 In Zdencz 30. XI. 14(86). Palatinus Emericus de Zapolya capitulo Chasmensi mandat, ut magistrum Petrum de Gudowcz, regni Sclavoniae viceprotonotarium, eiusque filium Stephanum in dominium possessionum Blasii, filii qd. Nicolai de Progowcz et Elizabeth de Iakozerdahel, in Iakozerdahel sitarum, pignoris titulo introducat. Or. exesum.

3060 D-XVII-50 (Tininii) 8. XII. 1486. Capitulum Tininiense a Gaspare Bodo de Gywrgy et magistro Iohanne de Korothna 25. X. 1486. iussum palatino Emerico de Zapolya nuntiat, se Iohanni, filio Simonis Keglewich de Porechki, eiusque fratri Petro possessiones Berdarii, Batichi et Konschicza in comitatu Tininiensi contradictione Wolachorum non obstante restituisse. Or. P.

3061 D-XVII-51 (Chasmae) 17. XII. 1486. Emericus Zaz de Thomasowcz villas Mihalyowcz et Mezdithowcz Georgio, Nicolao, Marco Boboyelich de Corbavia eorumque matri Magdalenae et sororibus 132 flor. coram capitulo Chasmensi pignori obligat. Or. S.

3062 I d 170, sub S. 1486. Dionisius Borotva portionem suam in possessione Felsöe-Sabnicza Petro Mikchehecz 10 flor. pignori obligat. Regestum.

3063 XXI-2/11 (elnc. 1, nr. 489.) 1486. Emericus Zaz possesionem Gondinovcz in comitatu Crisiensi prope Zapovcz sitam Georgio, Nicolao et Marco Boboyelich, donec vixerint, donat. Regestum.

3064 I d 170, sub B. 1486. (Mathias) rex donationi Georgii Mikulchich, qui possessionem Cheren ad Busin spectantem Ioanni Pauko cessit, assentit. Regestum.

3065 D-XX-5 (Chasmae) 2. I. 14(8)7. Capitulum Chasmense a palatino Emerico de Zapolya 30. XI. 1486. iussum magistrum Petrum de Gudowcz eiusque filium Stephanum in dominium possessionum Blasii de Progowcz in Iakozerdahel introducit. Or. mancum.

3066 D-VIIa-125 et D-VI-102 In Lukauecz 21. I. 1487. Mon. II 47, nr. 38.

3067 D-XVII-53 Zagrabiae 26. I. 1487. Cop. saec. XVII. = Cop. saec. XVIII. Mon. Zg. II 429, nr. 342.

3068 Privil. 48 Budae 1. II. 1487. Mathias rex arbitros in lite inter nobiles Sclavoniae et Osvaldum, episcopum Zagrabiensem, consensu partium condicionibus quibusdam de decima colligenda adiunctis causam usque ad reditum suum prorogasse testatur. Cop. vid. 1832.

3069 D-XVII-54 (Chasmae) 19. II. 1487. Iohannes, filius Emerici Zaz de Thamasowcz, cum patrem suum bona Thamasowcz et Kraiethin Laurentio de Wylak vel Catherinae, viduae Iwan comitis Corbaviae, vendere velle audiverit, contra eam alienationem coram capitulo Chasmensi intercessionem facit. Or.

3070 D-X-75 5. III. 1487. Banus Matthias Gereb de Vingarth ad rogatum Andreae Lendeker, qui litteras bani Hermanni dd. 3. II. 1433. et capituli Zagrabiensis dd. 17. IV. 1433. exhibuit, capitulo Zagrabiensi mandat, ut Sophiam, uxorem Iohannis de Pezerio, filiam vero Georgii de Zenth-Peter, quae possessiones Zenth-Clara et Chechy indebite tenebat, in ius evocet. Tr. ante 1. VIII. 1487.

3071 D-V-57 Sub Nova civitate Australi 1. IV. 1487. Mathias rex Simoni Keglewych de Porechky eiusque heredibus possessionem bonorum Berdary, Bahthychy et Kouschycza in comitatu Tininiensi denuo confirmat. Tr. 14. VIII. 1489.

3072 D-V-57 Sub Nova civitate Australi 1. IV. 1487. Mathias rex capitulo Tininiensi praecipit, ut Simonem Keglewych de Porechky in possessionem quorundam bonorum in comitatu Tininiensi introducat. Tr. 14. VIII. 1489.

3073 D-XVII-55 (Chasmae) 26. IV. 1487. Franciscus de Dombo, in causa ante congregationem generalem Budae de vi Ladislao de Marczali illata »in sententia capitali ac amissione omnium possessionum convictus«, media parte castelli Gorbonok a fratre empta, ut regis gratiam obtineret, a socero magistro Petro de Gudowcz eiusque filio Stephano 820 flor. sub obligatione omnium suorum bonorum coram capitulo Chasmensi mutuatur. Or. S.

3074 D-V-57 (Tininii) 9. V. 1487. Capitulum Tininiense Mathiae regi nuntiat se ad eius iussum dd. 1. IV. 1487. Simonem Keglewych in possessionem bonorum Berdari, Bahthychy et Konschycza introduxisse. 14. VIII. 1489.

3075 B II Var-4 Venetiis 26. V. 1487. Ioannes Mocenico, dux Venetiarum, omnia privilegia Lucae de Tolentis, episcopo Sibenicensi, ab imperatore Friderico 19. II. 1480. concessa confirmat. Cop.

3076 D-XVII-56 (Tininii) 28. V. 1487. Wolachi Mathias, (filius qd) m. Bartholomei Terchinacz, Thomas Gavchich, Milowan Philiphowich, Iacobus Matkowich et Iwan Pawlowich possessionem Konschicze iniuste occupatam Simoni Keglewich coram capitulo Tininiensi remittunt. Or. excsum. P.

3077 I d 12, elen. IV., p. 27. In Bikzad V. 1487. Testamentum Georgii Kastellanffy de Zentlelek. Regestum.

3078 D-XVII-57 In Verevche 12. VI. 1487. Nicolaus Banfy de Lyndva, comes Posoniensis, eiusque frater Iacobus fratribus ordinis eremitarum s. Pauli in claustro s. Annae prope Dobrokucsa decimam seu ius montanum cuiusdam vineae claustri in promontorio oppidi sui Soploncza sitae certis sub condicionibus relaxant. Cop. vid. saec. XVIII.

3079 D-XVII-58 et 59 (Chasmae) 19. VII. 1487. Magister Petrus de Gudowcz et Christophorus, filius qd. Petri de Konzka, coram capitulo Chasmensi »concambialem permutationem« faciunt, qua Petrus possessionem Zawrsya alio nomine Sosomberk cum additamento 50 flor. Christophoro, hic autem villas desertas Pongrachyowcz et Wrasyagoricza atque terragium sive ius montanum 31 vinearum Petro concedit. Or. P. = Tr. 9. IX. 1585.

3080 D-X-75 (Zagrabiae) Ante 1. VIII. 1487. Fragmentum responsi capituli Zagrabiensis, quo bano Matthiae Gereb de Vingarth nuntiat se iuxta eius mandatum dd. 5. III. 1487. Sophiam, consortem Iohannis de Pezerio et filiam Georgii de Zenth-Peter, ad 1. VIII. 1487. in ius vocasse. Or. mancum.

3081 D-XVII-60 In Gudowcz 1. VIII. 1487. Palatinus Emericus de Zapolya capitulo Chasmensi mandat, ut magistrum Petrum de Gudowcz, regni Sclavoniae viceprotonotarium, in dominium villarum desertarum Pagrathyowcz et Wrasyagorycza in possessione Konzka, cuiusdam vineae et iuris montani introducat. Tr. 24. VIII. 1487.

3082 Privil. 49 In arce Novae civitatis Australis 4. IX. 1487. Mathias rex, cum nobiles Sclavoniae cum Osvaldo, episcopo Zagrabiensi, concordiam adhuc inire non poterint, Sigismundum Zachay, aulicum suum, mittit, ut eos decimas solvere cogat. T. 9. VI. 1489.

3083 D-XVII-61 In arce Novae civitatis Australis 16. IX. 1487. Mathias rex capitulo Quinqueecclesiensi praecipit, ut quasdam litteras suas Laurentio Parvo de Gybarth pro Petro de Gereb de Vingarth, capitaneo exercitus Germanici, et Andrea Both de Bayna tradat. Tr. 20. X. 1487.

3084 D-XVII-61 In arce Novae civitatis Australis 16. IX. 1487. Mathias rex Laurentio Parvo de Gybarth praecipit, ut quasdam litteras possessionem Zenth-Gal concernentes, quas Petrus de Gereb et Andreas Both de Bayna pluries requirebant, Stephano de Hassag, iudici curiae regiae, et Ladislao de Doroghaza protonotario tradat. Tr. 20. X. 1487.

3085 D-XVII-61 (Quinqueecclesiis) 20. X. 1487. Capitulum Quinqueecclesiense Mathiae regi nuntiat se binas litteras regis, alias sibi, alias Laurentio Parvo de Gybarth 16. IX. 1487. datas Laurentio presentasse eumque secundum regis mandatum litteras de possessione Zenth-Gal Budae protonotariis exhibuisse. Or.

3086 DV-I-119 Romae 26. X. 1487. Innocentius papa litteris ad archipresbyterum et vicarium episcopi Arbensis missis monasterio s. Salvatoris Segnensis ordinis b. Pauli eremitae quasdam decimas diiudicat. Or. P.

3087 D-XVII-62 Budae 4. XII. 1487. Mon. Zg. II 433, nr. 345.

3088 D-II-77 Budae 10. XII. 1487. Mathias rex capitulo Quiqueecclesiensi praecipit, ut Annae, filiae Apolinae, filiae olim Phylippi bani de Syhesd, edat par litterarum Petro Iohannis, filii Enche de Bogka, ab eodem capitulo 7. XII. 1294. datarum. Tr. 4. I. 1488.

3089 D-IV-49 Budae 10. XII. 1487. Mathias rex capitulum Quinqueecclesiense litteras de pace inter magistrum Iohannem de Nempthy et Mayws de Fyzesd inita 3. V. 1347. editas transumere iubet. Tr. 4. I. 1488.

3090 DV-I-120 Jadrae 12. XII. 1487. Jacobus de Galellis, procurator Laurentii cerdonis, Marco Vichich, gastaldioni monialium s. Nicolai de Jadra, agrum in confinio s. Marinae libris 55 parv. vendit. Cop. saec. XVII.

3091 B II Var-11 Venetiis 14. XII. 1487. Augustinus Barbadico, dux Venetiarum, Aloysio Barbadico, comiti Curzolae, mandat, ut iura privilegiaque Lucae de Tollentis, episcopo Sibenicensi, ab imperatore Friderico concessa defendat. Cop.

3092 D-XVII-89 Blynniae 1487. Valentinus Kerlyewachky, iudex nobilium, testatur Benedictum Thotharych sessionem curialem cum vinea et feneto in Dwbrawycha sororio Georgio Kozthozykowych donasse, ab eo autem duos equos, vestem et pallium accepisse. Tr. 23. V. 1522.

3093 I d 32, elen. f. 10. 1487. Conventus cruciferorum ordinis s. Ioannis ecclesiae s. Stephani regis de Alba Petrum Horvath Orssich in dominium possessionis Szlavetich (com. Zagrab.) introducit, quam ei Mathias rex, ad quem per defectum seminis Fabiani Dragachich devoluta erat, donavit. Regestum.

3094 D-II-77 (Quinqueecclesiis) 4. I. 1488. Capitulum Quinqueecclesiense a Mathia rege 10. XII. 1487. iussum Annae, filiae Apolinae, filiae olim Phylippi bani de Syhesd, edit par litterarum ab eodem capitulo 7. XII. 1294. datarum, quibus Petrus Iohannis, filii Enche de Bogka, sorori suae Aglench et Matheo, eius marito, dimidium aratrum terrae donavit et aliud dimidium 1½ marca vendit. Or.

3095 D-IV-49 (Quinqueecclesiis) Capitulum Quinqueecclesiense a Mathia rege 10. XII. 1487. iussum litteras suas de pace inter magistrum Iohannem de Nemptha et Mayws de Fyzesd inita 3. V. 1347. editas transumit. Or.

3096 D-XVII-70 Budae 17. I. 1488. Mathias rex Thomae de Drag, Iohanni de Korothna, Stephano de Hasagh et Ladislao, filio Hermani de Gereben praecipit, ut in causa de possessione Zenth-Peter mota inquisitionem faciant. Tr. 14. VI. 1488.

3097 B II Var-13 18. I. 1488. Imperator Fridericus collegio cardinalium supplicat, ut episcopo Lucae de Tollentis, emissario suo, qui auxilium contra infideles petit, fidem adhibeant. Cop.

3098 D-XVII-63 Crisii 3. II. 1488. Cum Petrus Horwath de Lythwa ad iusiurandum, quo causam a Barbara, sorore Petri Mykcheez de Czyrquena, a. 1481. in congregatione generali contra se de occupatione possessionis Also-Sabnyeza motam finiret, 20. VIII. 1484. dandum Crisium non venerit, quod e litteris bani Mathiae Gereb de Wyngarth dd. 22. VIII. 1484. colligitur, idem banus respiciens, Petrum Horwath eo tempore in Transilvaniam iussu regis profectum esse eum 22. VIII. 1488. iurare iubet. Nota a tergo: »non iuravit, fatetur Demetrius de Miletyncz, iudex nobilium«. Or.

3099 D-XVII-64 Crisii 3. II. 1488. Banus Mathias Gereb de Wyngarth Petro Mykcheez de Cirkwena petenti attestatur Iohannem, filium qd. Barbarae, filiae

Nicolai Mykchecz, quem ille secum adduxit, puerum sex annorum et dimidii esse. Or.

3100 D-XVII-65 Viennae 9. II. 1488. Mathias rex, ut Georgium Golecz de Zwthezka praemio ornet, venditioni bonorum Macho cum castello, Berethyncz, Warosdynecz, Prybetino, Therlychno, Czethyn, Poznanowcz, Therzthennyk, Werbanussowcz, Herwathynnyak, Zlatharia et Zlathyna, item portionum in Beleycz, Petrussowcz, Pomperyowcz, Scherbyncz, Pretergneno et Bwkowye in comitatu Warosdiensi, quae omnia Iohannes, filius qd. Gaspar de Feleghaz, dicto Georgio vendidit, statutioni per capitulum Albense atque divisioni bonorum inter Georgium et qd. Benedictum Bekowych de Tharnowa coram capitulo Zagrabiensi factae assentit et praeterea Georgio ius regium in eis bonis confert. Or.

3101 D-XVII-66 Viennae 9. II. 1488. Mathias rex Georgio Golecz de Zwthezka ibi nundinas seu fora animalia libera singulis dominicis festa Assumptionis b. Mariae virg. et Michaelis arch. praecedentibus et in festo b. Barbarae virg. quotannis, item forum hebdomadale liberum singulis diebus quintis, iam a Sigismundo rege concessa, confirmat. Or. P. S.

3102 B II Var-14 Venetiis 7. IV. 1488. Marcus Barbadico, dux Venetiarum, Lucam de Tollentis, episcopum Sibenicensem, requirit, ut pro capitaneo galearum rei publicae ab imperatore Friderico fidem publicam impetret. Cop.

3103 D-XVII-67 Zagrabiae 16. V. 1488. Cum nobiles pauperculae Elena et Elizabeth, filiae qd. Stephani Strapylowych de Iakasowcz, questae sint suas portiones possessionarias sibi ab Elizabeth matre et Elena glore, vidua fratris sui Gregorii, denegari, banus Mathias Gereb de Wyngarth iudicibus nobilium comitatus Zagrabiensis mandat, si ex inquisitione querelam veram esse apparuerit, ut exponentibus ex patrimonio eaquas portiones excidant, matri et glori tantum assignent, quantum pretium earum dotes et res parafernales habeant. Or.

3104 Privil. 50 Viennae 16. V. 1488. Mathias rex vicebanis mandat, ut de iniuriis in colligendis decimis Osvaldi, episcopi Zagrabiensi, a Sigismundo Zachay dicatore illatis inquirant. Cop. vid. 1832.

3105 D-XVII-68 Nassevynae 20. V. 1488. Thomas Farkas, filius qd. Briccii de Marthyncy, duo fenilia penes silvas Krikavecz et Oled Christophoro eiusque uxori Elenae tribus flor. auri et una marca denariorum Wiennensium coram Petro de Zaversya, iudice nobilium, et Iohanne de Komor, electo et iurato comitatus Warasdiensis, oppignorat. Or.

3106 D-XVII-69 Viennae 31. V. 1488. Mathias rex civitatem Segniensem, »tamquam regni sui »clavem et antemurale«, a solutione taxae unius aurei, quam hactenus instar ceterorum regnicolarum regi annuatim solvere debuit, eximit. Cop. saec. XVIII.

3107 D-VIIa-129 Viennae 1. VI. 1488. Mathias rex civibus oppidorum Brynnie et Modrussen (!) mandat, ut civitati Segniensi silvis uti permittant. Cop. rec.

3108 D-XVII-70 Budae 14. VI. 1488. Thomas de Drag, Iohannes de Korothna, Stephanus de Hasagh et Ladislaus, filius Hermanni de Gereben, a Mathia rege 17. I. 1488. iussi coram capitulo Budensi fatentur, cum Petrus Kaczor de Lak litteras de sua statutione in possessionem Sigismundi, episcopi Quinqueecclesiensis, Zenth-Peter (com. Cris.) regi exhibuisset, ei qd. comitem Ian de Zagoria, qui eam possessionem tunc tenebat, obiecisse, testes in litteris allatos statutioni nunquam interfuisse, quae a testibus ipsis confirmata esse. Or.

3109 D-XVII-71 Viennae 1. VII. 1488. Mathias rex capitulo Zagrabiensi mandat, ut Blasium de Kemlek, decretorum doctorem, et Iohannem Goricensem, archidiaconos et canonicos Zagrabienses, eorumque fratrem Laurentium huiusque filium Blasium in dominium trium sessionum iobagionalium in possessionibus Glawnycza et Cremenno (com. Zagr.) atque quatuor vinearum, quas a Dionysio Borothwa et eius filio Sigismundo de Wrbowcz emerunt, denique iuris regii in eis bonis introducat. Or.

3110 D-XVII-72 Veglae 24. VII. 1488. Donatus de Turre Vicentinus, episcopus Vegliensis, arbitrio fratris Iohannis Vlai, professoris regulae b. Francisci de

observantia, assentiens monasterio s. Salvatoris extra muros Segniensis civitatis octavas et decimas ex possessionibus ecclesiae ss. Cosmae et Damiani sibi provenientes relaxat ea condicione, ut annuatim consuetum cathedraticum et unam libram incensi solvant. Or. cum signo not.

3111 D-XVII-73 Crisii 24. VII. (?) 1488. Banus Mathias Gereb de Wyngarth testatur Petrum Horwath de Lythwa in Crisiensi ecclesia s. Crucis 22. VIII. e. a. coram Demetrio de Mylethincz, iudice nobilium comitatus Crisiensis, 25 se nobilibus contra Petrum Mykchecz de Cirquena, Iohannem et Annam, liberos qd. Barbarae, sororis eiusdem Petri, non iuravisse se litteras de possessione Inferiore Sabnycza neque habere neque, ubi sint, scire. Or.

3112 D-XVII-95 Viennae 25. VII. 1488. Mathias rex castellum Maykowecz in comitatu Crisiensi Iohanni Dwknowych de Tragurio, marmorum sculptori, respectu »ingenii praeclaraeque artis« habito donat. Tr. 30. X. 1489.

3113 Privil. 51 Viennae 30. VII. 1488. Mathias rex in causa inter nobiles regni Sclavoniae et Osvaldum, episcopum Zagrabiensem, ad rogatum partium decernit, ut usque ad ultimam sententiam aut concordiam instrumentum de decimis in oppido Dombrensi 5. VII. 1485. pactum ad effectum adducatur. Cop. vid. 1832.

3114 D-XVII-74 In Gwdocz 17. IX. 1488. Mathias Gereb de Wyngarth banus capitulo Zagrabiensi praecipit, ut Marcum litteratum de Beryslawch in quasdam possessiones introducat. Tr. 6. I. 1489.

3115 D-XVII-95 (Chasmae) 3. XI. 1488. Capitulum Chasmense Ioannem Dwknowych, sculptorem de Tragurio, in dominium castelli Maykowecz introducit. Tr. 30. X. 1489.

3116 B II Var-15 Linziae 5. XII. 1488. Fridericus imperator summum pontificem supplicat, ut episcopum Lucam de Tollentis, oratorem suum ad collegium cardinalium missum, ad gradum cardinalatus promoveat. Cop.

3117 XX-2/11 (elen. 1., nr. 400) 1488. Impignoratio possessionis Krajethin (com. Cris. et de Weryecze), quae Emerici Zaz de Thomassovecz fuit. Regestum.

3118 D-XVII-74 (Zagrabiae) 6. I. 1489. Capitulum Zagrabiense a bano Mathia Gereb de Wyngarth 17. IX. 1488. iussum Marcum litteratum de Beryzlawch, eius uxorem Elizabeth, filium Valentinum et socrum Ursulam, filiam qd. Thomae Prolepelychych, in dominium trium sessionem desertarum videlicet curiae et Myhalewsozelo et Zowsthewzkozelo in possessione Beryslawch introducit. Or. P. S.

3119 DV-I-121 Jadrae 9. I. 1489. Johannes Tetricus dimidiam partem terrae in villa Varicasane Jacobo et Simoni de Pechiaro nomine patris eorum Nadalini, qui alteram dimidiam partem eiusdem terrae possidet, coram comitis consiliario Mauro de Chrysogonis ducatis 400 auri vendit. Or. cum signo not. P.

3120 D-XVII-75 (Posegae) 24. I. 1489. Iohannes, filius qd. Nicolai alias de Owar, nunc vero Hlyschyewcz, fundum in Crisandol cum molendino Ilonae viduae et Paulo, filio qd. Cosmae de Owar, octo flor. coram capitulo b. Petri de Posega vendit. Or. P.

3121 Privil. 53 Viennae 15. II. 1489. Mathias rex sententias contra Osvaldum, episcopum Zagrabiensem, latas, donec ipse eas cognoscet, peragi vetat. Tr. 10. III. 1489.

3122 D-XVII-76 Zagrabiae 16. II. 1489. Georgius archidiaconus de Bexin, canonicus et vicarius ecclesiae Zagrabiensis in spiritualibus generalis, Angelo episcopo Ortawensi, ad Germaniam, Hungariam, Bohemiam, Poloniam illisque adiacentes partes et regna legato, nuntiat causam inter decanum praebendariosque chori ecclesiae Zagrabiensis atque Nicolaum Iwanovych de Brezowicza de testamentaria legatione Iohannis Kasnar de Glawnycza ad 32 dies delatam esse. Or.

3123 Privil. 52 Viennae Ante 24. II. 1489. Mathias rex Urbanum, episcopum Agriensem, et Stephanum de Bathor, iudicem curiae regiae, causas prorogare vetat. Tr. 24. II. 1489.

3124 Privil. 52 Budae 24. II. 1489. Urbanus, episcopus Agriensis et thesaurarius regius, mandatum Mathiae regis sibi et Stephano de Bathor, iudici curiae regiae, editum transumit. Cop. vid. 1832.

3125 D-XVII-77 (Zagrabiae) 9. (vel 16.) III. 1489. Stephanus de Sawlowcz, cum Iacobus Zekel teloneum in Zlathar et Lobor a se vi occupatum a Mathia rege obtinere nitatur, coram capitulo Zagrabiensi intercessionem facit. Datum feria V. proxima (ante? post? festum trans)lationis b. Benedicti abb. A. D. 14. no. A tergo vetus manus: 1489. Or. mancum.

3126 Privil. 53 Budae 10. III. 1489. Stephanus de Bathor, iudex curiae regiae, mandatum Mathiae regis in causa contra Osvaldum, episcopum Zagrabiensem, 15. II. 1489. editum transumit. Cop. vid. 1832.

3127 D-XVI-68 In Gwdowcz 2. IV. 1489. Franciscus de Dombo possessionem Aladaryowcz Philippo litterato de Bwsthyncz, eius genero Eliae atque Georgio de Bonthusowcz 100 flor. auri ad unum annum coram bano Mathia Gereb de Wyngarth pignori obligat. Tr. 1. V. 1496.

3128 D-XVII-78 Budae 6. V. 1489. Mathias rex capitulo Albensi praecipit, ut Georgium Mykwlychych in dominium castri Bwsyn et possessionis Chawa introducat. Tr. 14. VII. 1489.

3129 D-XVIII-86 Budae 10. V. 1489. Mathias rex Andreae de Labathlan, capitaneo castri Medwe, mandat, ut omnes nobiles unius sessionis in pertinentiis castri Kemlek ad servitia eidem castro debita compellat. Tr. per summa capita 13. XI. 1492.

3130 Id 12, elen. IV, p. 28. Budae 27. V. 1489. Mathias rex inquisitionem contra Petrum Gudocz, qui possessionem Vyhel invasit, accelerari iubet. Regestum.

3131 Privil. 49 Budae 9. VI. 1489. Stephanus de Bathor, iudex curiae regiae, mandatum Mathiae regis de decima episcopo Zagrabiensi solvenda 4. IX. 1487. editum transumit. Cop. vid. 1832.

3132 D-XVII-85 Budae 25. VI. 1489. Iohannes, filius qd. Petri de Urbanowcz, possessionem Bwchkafewlde cum curia Antonio, filio Sandrini de Gerecz, coram Urbano, thesaurario regis et episcopo Agriensi, donat. Tr. 3. II. 1496.

3133 D-XVII-85 Budae 26. VI. 1489. Mathias rex donationem possesionis Bwchkafewlde a Iohanne de Urbanowcz Antonio de Gerecz eodem anno factam confirmat. Tr. 3. II. 1496.

3134 DV-I-122 Jadrae 10. VII. 1489. Joannes Franciscus Pasqualigo, comes Jadrae, in causa de credito librarum 2000 soldorum 60 Pasino et Silvestro de Pasinis fratribus a Natalino de Pechiaro dato sententiam fert, qua fratres de Pasinis, pecunia, quae adhuc persoluta est, deducta, ad solvendum Natalino ducatos 400 condemnat. Or. P.

3135 D-XVII-78 (Albae) 14. VII. 1489. Capitulum Albense a Mathia rege 6. V. 1489. iussum Georgium Mykwlychych in dominium castri Bwsyn et possesionis Chawa introducit. Or. P.

3136 D-XVII-94 Budae 19. VII. 1489. Mathias rex communitati Montis Grecensis mandat, ut duos vel tres viros de quodam secreto negotio secum acturos mittat. Or.

3137 D-V-57 14. VIII. 1489. Mathias rex litteras Gasparis Bodo de Gywrgy ac Iohannis de Korothna dd. 28. V. 1486, suas dd. 1. IV. 1487. atque capituli Tininiensis dd. 9. V. 1487., omnes de possessionibus Simonis Keglewych in comitatu Tininiensi sitis editas, transumit et confirmat. Or. P.

3138 D-XVII-79 (Zagrabiae) 15. VIII. 1489. Augustinus de D(re)nowa suo ac filiorum Thomae et Stephani nomine coram capitulo Zagrabiensi intercessionem facit, ne suam sessionem in Drenowa (com. Zagr.) sitam Stephanus Kasnar de Welika plebano ecclesiae s. Trinitatis in Glawnicza donet, neve Benedictus Swlchich de Hernyancz, Fabianus Laucachich et Valentinus Thompachich de Nezpesa quasdam vineas in promontorio illius sessionis ulterius detineant. Or. lacerum.

3139 D-XVII-80 (Zagrabiae) 25. VIII. 1489. Woyko Marethich de Klokoch Simonem Aythych de Bozetha omnibus iniuriis ab eo sibi illatis coram capitulo Zagrabiensi absolvit. Or.

3140 D-I-67 9. IX. 1489. Mathias rex libertatem assignationemque terrae a Bela rege 12. I. 1257. hospitibus de Jasztrebarszka concessas confirmat. Cop. vid. saec. XVIII.

3141 D-XVII-81 Budae 26. X. 1489. Banus Mathias Gereb negotiis regis Budae occupatus hac brevi epistula vicebanis Petro Bochkay et Micheli Keyhen praecipit, ut in sede Crisiensi causam inter Ladislaum de Nyary et Emericum de Megyeryche de possessione Thomasowcz agant. Or. autographum bani Mathiae Gereb. S.

3142 D-XVII-95 Viennae 30. X. 1489. Mathias rex Ioanni Dwknouich, statuario et sculptori de Tragurio, confirmat litteras suas 25. VII. 1488. de donatione castelli Maykovecz editas atque litteras capituli Chasmensis de introductione eiusdem in dominium castelli 3. XI. e. a. datas. Or. P.

3143 D-XVII-82 Zagrabiae 1. XII. 1489. Georgius, archidiaconus de Bexin, canonicus et vicarius in spiritualibus episcopi Zagrabiensis, Angelo, episcopo Ortauensi et ad Germaniam, Hungariam, Poloniam, Bohemiam illisque adiacentes partes atque regna legato, nuntiat Balthasarem eiusque uxorem Catham, laicos Zagrabienses, a se ammonitos esse, ut Nicolao Horwath et Agnesae uxori eius, laicis Zagrabiensibus, res ablatas redderent, et cum id facere recusaverint, ante dictum episcopum in ius evocatos esse. Or.

3144 D-XVIII-1 Crisii I. 1490. Banus Ladislaus de Egerwara in causa Nicolai Wythez de Kamarcza et Dorotheae, viduae Thomae Wythez, contra Stephanum de Gorobonok de damno et de vi mota duabus inquisitionibus factis sententiam fert, ut Stephanus innocentiam iureiurando se 25 nobilibus 17. III. 1490. in ecclesia s. Crucis probet. Or. laesum.

3145 DV-I-123 Nonae 3. II. 1490. Laurentius Dusinych Marco Babaz terram in districtu Nonae in loco Visgnice libris 13 parv. vendit. Or. cum signo not. P.

3146 DV-I-124 Tarvisii 4. III. 1490. Donatus Arimondo, Johannes Antonius Barbaro et Benedictus Victuri, iudices curiae procuratoriae, Sebastiano Gerardo eiusque sorori Helizabeth, viduae Thomae Tarvisano, qui creditoribus eorum in pecunia satisfecerunt, terram et domum reddunt. Or. cum signo not. P.

3147 D-XVI-68 In Gwdowcz 10. III. 1490. Franciscus de Dombo possessionem Aladaryowcz Philippo litterato de Bwsthyncz, eius genero Eliae atque Georgio de Bonthusowcz 50 flor. auri coram bano Ladislao de Egerwara denuo oppignorat. Tr. 1. V. 1496.

3148 D-XVIII-89 20. III. 1490. Nicolaus de Suno de Ragusa, »dominus in Bribir per donationem Mathiae regis«, a fratribus ordinis s. Pauli claustri s. Mariae de Criquenicza de promisso sui fratris commonefactus, vineam Knesina in territorio dictae ecclesiae Sidina vocato eidem ecclesiae certis sub condicionibus donat. Tr. 14. VIII. 1679.